

IANA
1797





W F

1. Historisch-theologische handschrift
van der Heeren Lutherische
Broederschap. Graaf. 1735
2. unum quibusdam, die handschrift van ^{Heeren} ₁₇₃₅
3. Waiblingen, H. Joh. Georg,
antwoordt swaer an H. D.
Cayzer. Altona 1740.
4. des Kerken-Raads van Amsterdam
Brief, van die Lieden, dewelke
ouder den Naam van Heerenhu-
thers bekend sijn. Amsterdam
1738.
5. Le Long, J. Van 't verklaaringe
der Heerenluthischen Broeders, soo
byten yffelstein zich onthoudende
† Amsterdam 1738.



13 174
MANIFESTVM
HERRNHVTTHIA-
NORVM
SYNCRETISMVM

IN
LVCEM
PROFERT

D. CAROLVS GOTTLOB HOFMANN

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI THEOL. PROF. PVBL.
CIRCVLI ELECTORALIS SAXONICI
GENERALIS SVPERINTENDENS



WITTENBERGAE ET SERVESTAE *h*
APVD SAMVEL. GODOFR. ZIMMERMANNVM
M DCC XLV.

UNIVERSITÄT
HARTVIT
MUNICH
SYMPTOM

UNIVERSITÄT
HARTVIT
MUNICH
SYMPTOM





I. N. I. C.
DE
MANIFESTO
HERRNHVTHIANORVM
SYNCRETISMO.

§. I.



Quia fata historiamque sectae a ZINZEN
DORFIO, qui semet ipsum nominat
Ex-Comitem, ^{a)} recens conditae no-
runt, tenent optime, quam multis
haec hominum colluuias imposue-
rit, ea imprimis aetate, cum in lucem
prodire, sectaeque auctor suos erro-
res propalare, inciperet. Erant, qui multum honoris,
nescio cuius, ordini theologorum venerando acces-
surum putabant, si ZINZENDORFIVM imaginibus
A in

*Quibus artibus
Zinzendorffius
conatus suos in-
cauis olim
commendauerit*

^{a)} Licebit nobis, hac *Ex-Comitis* appellatione uti, salua tamen omni
veneratione, quam natalium splendori debemus. Sic enim in
Büding.

in bibliotheca purpurata suspensis addere, deque illustri comite, rerum sacrarum doctore, gloriari possent. Sed, qui de theologis ex ordine equitum, comitum, principum claris, adeo laetantur, nae hi longissime falluntur, si ab his stellis sibi ipsis lucem splendoremque pollicentur. Vt alii maiorum imaginibus frustra superbiunt, nisi simul cum genere nobilitet eosdem uirtus, sic personas uirorum principum gratis ostendunt, qui theologiam commendare fatagunt, a dignitate his et illis cultoribus theologiae congenita. MELCH. SCHEFFERVVS, apud Goerlicenses

Büding. Sammlung. Tom. III. pag. 80. ipse: Ludewig gewefener Graff und Herr von Zinzendorf und Pottendorf, Herr zu Thurnstein, ein bekandter allgemeiner Knecht Jesu Christi. Sed, dum comitis dignitatem ponere simulat, multo splendidiorem ac magnificentum titulum, OECUMENICI serui Christi, id est, EPISCOPI, sibi sumit. Vide quaeſo, quo usque factus et uitiotus sui amor rapiat. Addatur ex Collect. Büding. Tom. III. p. 330. Notariats-Instrument über die euentuale Renunciacion des Herrn Grafens auf dessen Stand, Namen, und den Lebnhof in Oesterreich, so bald er sich von den publicis, darinn er bißhero verwickelt gewesen, extriciren koenne. Tandem adeo sui oblitus est Zinzendorffus, ut Comitis titulum sibi tributum reputaret iniuriam sibi allatam, Bethlehemi d. 23. Aug. 1742. maxime in illis locis, ubi nomen Pastoris o Thurnstein affectabat: Domine von Thurnstein laeſt zugleich declariren, daß er den Nahmen eines Grafen von Zinzendorf von nun an in aller Munde und Feder, die sich dessen hie zu Lande gegen ihn bedienen, als eine iniurie annehme, und daraus den billigen Schluß gleich in limine ihrer Schrift machen wörd, daß ihre Absicht auf eine bloſſe Inſultirung der Standeswürden nach Ep. Iudae vers 6. gerichtet sey. Er ist 42. Jahr Graf Ludewig von Zinzendorf gewesen. Weil aber nun sein Name von Thurnstein ihn bey jedermann eben so gut designirt, iener Name aber gewisse menagements erfordert, die Domine von Thurnstein als ein Knecht Christi nicht mag, als ein Graf aber von jedermann praerendiren müßte, der nicht gewaerdig seyn wolte, daß Vngeschliffenheit (en! Spiritum mansuetudinis Zinzendorffiae) und inf. lentien NB. Graeflich resistent würden, etc. uid. Büding. Sammlung. Tom. II. p. 921.

centes symmista olim famosus, ad astra tollit catechismum, a ZINZENDORFIO A. C. clō Io CCXXIV. editum, multisque uerborum ampullis ZINZENDORFIVM, ab excelsa dignitate se demittentem ad infantum usque institutionem, euehere studet. *b)* Sequi uidetur uestigia nonneminis, qui A. C. clō Io CCXXII. in praefatione horis ultimis Sospitatoris carmine decantatis, de comitis dignitate differuit, ita, ut ZINZENDORFIVM, proiecta omni gloria, a naturalium splendore sibi competente, de vulneribus IESV carmine apto cecinisse, eoque documentum humiliati animi edidisse, affirmaret. Ego uero, si quid in me est iudicii, existimarem, hac hedera opus non habere literarum sanctiorum scientiam. Quis dixerit, comitem exuere dignitatem sibi connatam, summo atque diuino huic studio si se dederit. Rerum diuinarum scientiae suntne adeo humiles, ut sui oblitos existimare debeamus, qui, ex equestri ordine, his sese consecrant. Quin immo fit saeculi uitio, ut fordeant literae, quae omni dignitati, omnique ordini, egregium honorem superaddere possunt. Non studium, sed alimenta sacrarum literarum studiosis, atque sacerdotibus, admodum parca manu destinata,

A 2 ab

b) In praefatione, quam praemisit opusculo Zinzendorfsiano, *Gewisser Grund Christlicher Lehre* An. 1724 Verba SCHEFFERI aetisco a me notata haec sunt: *Wer sich aus seiner Höhe so weit herunter laeßt, daß er denen unmündigen Kindern sich gleich zu stellen sucht, und so zu ihnen redet und schreibt, daß sie ihn, nach der Schwache ihres Verstandes, in seinen Worten verstehen, er aber mit seinen Lehren ihnen nutzbarer seyn-moege, der ist ja in denen Augen GÖttes, und aller derer, die ihm angehoeren, der Größeste, dar-um, weil er der Kleinste oder Jüngste im Himmelreich mit worden ist. Luc. 22, 26.*

ab his sacris arcent multos, ut equitum numerus in campo Eusebii sit paruus, comitum fere nullus. Habes ueram, forsitan et unicam, saltem praecipuam, causam studii theologici, ab iis, qui dignitate congenita eminent, raro exculti. Sed neglexerunt haec, qui ZINZENDORFIUM, sub initio sectae Herrnhuthianae, ideo, quod theologi nomen cum dignitate connata coniungeret, laudabant.

§. II.

Erant alii, qui fuso pietatis, quam ZINZENDORFIUS prae se ferebat, decepti, optima quaeuis ab huius conatu, multa arte palliato, sperabant. Omnes fere nouatores hoc maxime modo et medio inclarescendi usi sunt. Nec est, quod plebem, doctam pariter et indoctam, citius occupet, certiusque seducat, quam pietatis praetensio. Pauci enim fraudem animaduertunt, larua religionis et sanctitatis indutam, nubem pro iunone amplectentem. ZINZENDORFIUS in Socratis persona, rigidum morum censorem egerat huc usque, nihilque praeter impietatis redargutionem, et rudiorum institutionem, moliri uidebatur. Factum inde est, ut rerum non satis cauti iudices conamina Zinzendorfiana laudarent, aliisque commendarent, id quod certe nunquam fecissent, si sub herba latentem anguem suspicati essent.

§. III.

Porro, dum ZINZENDORFIUS Bohemos Morauosque in Lusatiam aduenientes excipiebat, exules,

les, ob agnitos errores patria pulsos, benigne fouebat, uicum domosque his extruebat, nemo non, misericordia erga miseros profugos motus, comitis hospitalitatem laudabat, nihil mali ueritus. *c)* Spes autem sefellit omnes, meliora de ZINZENDORFIO sentientes, expectantes. Artes enim, quibus ecclesiae Euangelico-Lutheranae funus parat, pro dolor, nunc in aprico iacent, adeo, ut hebes sit dicendus, qui crassissimum SYNCRETISMVM HERRNHUTHIANVM non conspiciat. Iudicium hoc meum non est temerarium, neque deproperatum. Ipse ego diu haesi, diu turbas Zinzendorffianas e specula quasi obseruauim, utriusque partis scripta assidue legi, quo tandem omnia tendant, ponderaui, diutissime ab omni iudicio abstinui, ne quem errorem iudicando ipse committerem. Sunt omnia *μετα Φοβου και Τρομου* a theologo diiudicanda, ne in sententiarum aestimatione praeceps, diuinam iram incurrat. Sed, pestilentissimus syncretistarum error, tam manifeste a ZINZENDORFIO sociisque defenditur, ut uitio mihi uerterem, hunc detegere, pariter et cohibere, pro uirium modulo, nisi totus studerem.

§. IV.

Quid sit SYNCRETISMVS, *d)* pluribus non *Quid sit Syn.*
A 3 docebo. *cretismus.*

- c)* Conf. Magnifici atque Summe Venerandi Senis, D. IO. GOTTL. CARPZOVII *Religions Untersuchung der Boehmisch- und Maebrischen Brüder* p. 408. sq. add. *Büding. Samml.* Tom. I. p. 3. sq.
- d)* Auctores bellic multi de syncretismi natura et uitio praeeperunt, illa maxime aetate, cum Helmstädienses syncretismi accusarentur: Sed instar omnium unus esto, quem lectoribus nunc laudare iuuat, BALTH. BEBELIUS, in *collegio Anti-Syncretistico*, p. 7. sqq.

docebo. Satis est, monuisse, syncretistas nunc a me dici, qui ueram et indubiam religionem cum falsis erroneisque sectis coniungere student, pondusque ueritatum coelestium negligentes, cuilibet, ut, seruatis etsi opinionibus erroneis, omni sectae nomen suum dare queat, temere concedunt. Equidem inter Indifferentismum, et Syncretismum, proxima est cognatio, ut uix a se inuicem discerni queant. Est tamen syncretismus impius conatus, ueritatem cum erroribus uniendi, combinandi. Errores dantur perquam multi, errantiumque diuersae familiae, hinc et syncretismi species multae, uariae, quarum turpissima est, quae omnes sectas cum ecclesia uera commiscere, cum uilipendio ueritatis, audet. *Huc referendi sunt*, utar uerbis theologi pientissimi, b. VAL. ALBERTI, qui, cum uiderent multis iam fideibus ludi unam quasi fidem, huic malo remedium quaerere uoluerunt, seque pacificatores inter Lutheranos, Pontificios, Caluinianos, Remonstrantes, et Socinianos, (*uerum o infaustos et frustraneos!*) sistere. u. Disp. de Iuramento in libr. Symbol. p. 4. Crassum hunc atque manifestum uocamus syncretismum, quem ZINZENDORFIO et sociis Herrnhuthianis adscribimus. Neque temere, siquidem in promptu sunt rationes, quibus confirmatur, *Pseudo*-Morauicam fratrum societatem syncretismum fouere manifestum.

§. V.

*Syncretismus
Herrnhuthianus
cognoscitur*

Ipsam hunc henoticum pruritum consententur Herrnhuthiani, nullo modo celant, se maxime in

in id nervos intendere, ut pacem inter omnes sectas, ut aiunt, christianas componant, quae tunc omnem terrarum orbem certissime sit occupatura, omnes si ad Herrnhuthianam, quam male uocant Morauicam, transferint. Olim DAN. ERN. IABLONSKIUS episcopus fratrum Bohemicorum, ecclesiam Bohemico-Morauicam dicebat optimum medium conciliandi Lutheram gentem cum Calviniana. Nunc multo longius progressus ZINZENDORFIUS, eidem iudicat uim potestatemque, cunctas sectas uniendi atque coniungendi. Sed, quo modo. Se nemini, inquit, suadere, ut, auita religione dimissa, aliam, et si in multis ueriores, secreteur, sed concedere cui libet, ut, seruata religione hactenus professâ, Herrnhuthianae, in uno Seruatore salutem quaerenti, se societati adiungat. Audiamus caput sectae: *Seydibr Lutherisch, wie ich aus eurem Schreiben schliesse; so bleibts, dann ewer Koenig war ein Jude, und blieb ein Jude. Das thut ihm nichts. Lasset euch boese Lebrer nicht sbreucken. Zu Christi Zeiten waren sie theils Heuchler, das waren die Rechtgläubigen, (Orthodoxos pun- git,) theils waren sie Einsiedler, das waren die Frommen: theils waren sie gar Spoetter, und glaubten weder Geist noch Auferstehung.e)* Dann von einem Theil der Prie- ster war das ausdrücklich gesagt. Darum trennete sich Jesus nicht bis an sein Ende, und wenn es die Leute sabeln,

e) Tres Iudaicae ecclesiae corruptae sectas, Pharisaicam, Essenam, Sadducaeam, alludere uidetur Zinzendorfius. Sed haud leuiter errat, Pharisaicos nuncupando orthodoxos, cum essent heterodoxi maximi, scripturae sacrae deprauatores, legis interpretes pessimi, simulators nequissimi. Conf. GOODWINVS in *Mose et Aaron* Lib. I. cap. X.

saben, daß er ein Osterfest versäumte, so kondten sie sich nicht darein finden. Darum bleibt sein Kirchlich, und beweist in der Krafft, was die Lehrer sagen, denn wollen sie Lutherisch seyn, so müssen sie so viel Wahrheit sagen, daß sie sich tausendmahl schaemen müssen; wiewohl ihr auch gute Lehrer in Franckfurth habt. Haec oecumenicus sectae Herrnhuthianae episcopus, in epistola ad Francofurtensem sutorem, quae eiusdem *Erklärung über A. G. Bericht etc.* annexa est, p. 127. Obstupescit animus lectoris pii, dum syncretismum, exemplo sanctissimi Sospitatoris nostri, confirmari ab eo, qui amorem Servatoris ubique iactat, animaduerit. Fuit IESVS iudaeus, qua originem humanae suae naturae, non iudaeus, qua religionem a iudaeis iam tunc misere corruptam: nec mansit iudaeus, etsi externos ritus, quatenus a Mose praecepti, nec per antitypum sublati erant, obseruavit. Conclude itaque: Si Christus in iudaica religione, etsi corruptissima, mansit, sequitur, quemlibet in sua religione, etsi corruptissima, manere posse. En tibi syncretistam apertissimum, pessime ratiocinantem, cum maior propositio sit longe falsissima. Sed producam aliam plebeculae Herrnhuthianae professionem. Nuperrime literas regi cuidam potentissimo obtulit, in quibus nullo modo dissimulauit, se et Lutheranos et Reformatos in suum gremium recipere, ita, ut quaelibet pars retineat suae sectae placita. *Les Lutheriens parmi eux conseruent leurs idées, et les Reformés en font de même. Là ou ils s'en trouuent des deux Confessions, ils se reglent sur la pluralité des membres, etc.* Vid. Büding. Samml. Part. XIII.

p. 130. Pergo ad Synodum, quam rectius dixeris concurationem, cuius mentio fit in *Histor. Nachricht von der Herrnhuthischen Bruderschaft*, p. 123. In hac decretum est: *Das kein Arbeiter sich unterstehen soll, den Seelen ihre Religion disputirlich zu machen, sondern er soll nichts sagen, als vom Blut des Lammes zur Versöhnung vor alle Welt, und das übrige dem Heyland überlassen.* Poterantne conuenae mentem, syncretismi plenam, luculentius prodere, immo uero etiam limites syncretismi transilire, ipsiusque Indifferentismi castra petere. In literis, quas IO. PETR. SIG. WINCKLERVS addidit libello, cui rubrum fecit, *Zinzendorf. Unternehmungen in Religions-Sachen*, p. 27. candidè fatetur ZINZENDORFIVS, se concedere, ut Reformatus et Lutheranus theologus, (quos *Sectarior* nuncupat ideo, quod Sectae adhaereant,) maneat in sua quisque ecclesia, quoad externam religionis professionem: Sufficere enim, quod quisque corde hanc et illam doctrinam sectae suae detestetur, IESV unice intentus. Porro usque eo sese iactat audacia Zinzendoriana, ut permittat suis, iureiurando fidem obstringere uel Lutheranorum uel Reformatorum partibus, licet in multis clam dissentiant ab horum doctrinis. Accipe uerba ipsa: *Sectirer sind regulariter alle Gelehrte, sonderlich Studiosi Theologiae, Prediger und Lehrmeister*, (habes itaque egregias laudes, quibus theologos, doctos inprimis, cohonestare solet,) *die sich zu einer gewissen AEUSSERLICHEN BEKENNTNIS geschlagen, und dieselbe gegen iedermaenniglich versprechen, mit denensel-*
B
ben

ben muß ich mich in Liebe vermengen, (loquendi ratio admodum impura) weil ich der Sache nicht abzubelffen sehe, so lange dem HERRN IESU in oeffentlichen Aemtern, gradibus und Staenden, ohne RELIGIONS-EPYDEN fast nicht gedienet werden kan, (igitur abroganda sunt religionis iurairanda, ut Oecumenicus Zinzendorfius in amore complecti queat omnes) mitbin ein Reformatus, wenn er auch schon EINIGE SACHEN SEINER KIRCHE NICHT approbiret, dennoch gleich einem EBEN ALSO GESINNETEN Evangeliselen, deshalber kein Aufbebens machen, sondern sich der menschlichen Ordnung unterwerfen, oder irregulare Wege geben muß, wenn er dem HERRN in seiner Gemeine und Reich dienen will. Pergit ideo: Das bemeget mich zu einem VOELLIGEN TRAGEN ALLER bekehrten, und an Christum gläubigen Nachfolger gewisser Menschen-Lehren, (admittuntur ergo traditiones humanae doctrinales, quas tamen Paullus execratur, Gal. I, 8.) Satzungen und RELIGIONEN, darinnen der HERR verherrlichtet werden kan, (Christus itaque in omnibus religionibus, Calviniana, Pontificia, Sociniana, etc. glorificatur,) und da ich mich selbst in der Luterischen befinde, so bin ich nicht gesinnet da heraus zu gehen, (sed discessit omnino, transitque ad partes Moravorum et Bohemorum, ut saepius gloriatus est,) ob mir gleich leyd seyn solte, wenn ich von Doct. Luther oder einigem Theologo bey meiner Bekehrung reden, und ihnen beymessen solte, was CHRISTUS selbst (immediate, sine doctoribus) von Kindesbeinan an in mir gewürcket. Addo ex fermonibus, Berolini ad mares habitis, quod

quod *religionem*, quam falsissime descripsit per obligationem hominum quorundam, ueritates Christianas fundamentales *ομοθυμωσ* et accurate eloquendi, edifferendi, ab *ecclesia* distinguat, tandemque pronunciet: *Daraus sehen wir, wie man in einer Religion ordentlich leben, (hoc est, ecclesiam uel Lutheranorum, uel Calvinianorum, uel Pontificiorum, aliorumque, externe profiteri) und nicht nur ihren Lehrern ernstlich ergeben seyn, sondern auch ihre Verfassungen halten kan, (quod idem est, ac simulare Lutheranum, uel Calvinianum, etc.) und gleichwohl mitten in derselben zu dem Haeuflein Christi gehoeren, welche sein Geist nach seiner Weisheit entweder unsichtbar oder sichtbar versamlet hat.* p. 203. Itaque ZINZENDORFIVS suis largitur, ut in pontificia aliaque falsissima religione maneat, doctores eius serio sectentur, externos ritus, ut sunt, missatica superstitione, sacra coena sub una specie distributa, genuflexio coram idolis, etc. obseruent, dummodo corde adstipulentur sententiis fratrum Herrnhuchianorum. Crassio rem syncretismum et foedio rem hypocrisin, mente uix concipere quispiam poterit. In eo, quod in Pensyluania 1741. ediderunt Herrnhuchiani, decreto generali, non solum affirmant, in omnibus religionibus deprehendi filios Dei, sed et, ut quilibet maneat in sua religione, etsi fratrum Bohemicorum placitis assentiatur, iubent. u. Acta Eccles. Vinar. tom. VII. p. 949. Audias, obsecro, qua arte omnium religionum socios, in America degentes, ad suas partes pertrahere studuerit: DN. THVERNSTEIN, ut syncretistam habeas confitentem: *Dahero habe ich vom*
 B 2 *Anfang*

Anfang darauf angetragen, daß ohne Gewissenszwang, NB. wenigstens prouisionaliter, ein ieder in seiner Religion bleiben moechte, und wo eine Religion in diesem Lande nicht schlechterdings eine Trennung mit sich bringt, wenn die wahre Bekehrung vor sich geben soll, so habe ich darauf gehalten, NB. aus allen meinem Vermoegen, daß ia niemand ohne Noth aus seiner Religion heraus geben moechte, wenigstens niemand aus meiner Veranlassung glauben, Bekehrung und Religions-Veränderung waere einerley, oder es koendte hier keines ohne das andere seyn. u. Büding. Samml. tom. III. p. 211. Ne obuertat ZINZENDORFIVS, ac si haec opinio sibi foli propria sit, uniuerso coerui Herrnhuthiano non imputanda, audiamus, quid tota colluies ad quaestionem, num quis Pontificius uel Reformatus de gratia Dei et aeterna salute certus esse queat, responderit. Ob diejenigen, welche der Catholischen oder Reformirten Religion beypflichten, so lange sie solches thun, der Gnade Gottes und der ewigen Seeligkeit theilhaftig werden koennen? Antw. Ia, sie koennen, und wer das widerstreiten will, der muß auf das gelindeste zu reden, aus seiner Heimath nicht weit gekommen seyn. u. Büding. Samml. II. p. 148. qu. 9. Obtestor lectores meos, ponderent huius responsionis absurditatem. Res summi momenti affirmatur audacissime, sed caussa et ratio huius affirmationis additur adeo leuis, ut potius nulla sit censenda. Queritur, num Pontificius et Reformatus, etsi erroribus crassissimis adstipulantes, saluari queant: responderetur, quis de hac salute dubitabit? Egregie, belle. Scilicet, omnis uociferatio olim erit argumentum, erit

erit ratio sufficiens, erit ueritatis confirmatio. Figulus iste, si Herrnhuthianis placet, summe uenerabilis figulus, Presbyter Generalis, Missionariorum ad gentes summus antistes, et quae non, cedo nomen, IOANNES LEONHARDVS DOBER, eundem syncretismum, cum ad gentes ablegaretur, missionis suae finem esse declarat: *Unsre Sache ist, mit keiner Religion zu streiten, oder die Ibrigen an uns zu ziehen, viel weniger einige von ein und den andern Religions-Verwandten bereits persuadirete, und angefassere Gemütber der Heyden, auf unsere Seite zu lencken, oder einigen Religions-Verwandten in ihrer Arbeit im Wege zu stehen.* uid. l. c. p. 185. De doctore Herrnhuthiano quodam refert GROSIVS, in dem *Berichte etc.* p. 64. quod dixerit publice, se S. coena cum Pontificiis uti, illaesa communione, quam habeat cum fratribus Herrnhuthianis. Putidos hypocritas! quos DEVS in uiam reuocet, reuocari se si permittunt. Nuper Herrnhuthiani aedclae, pro feruore suo propagandi syncretismum Zinzendorffianum, in cauponis literas distribuerunt, cuius initium aperte docet, Herrnhuthianos ad unam omnes religiones, ueram et falsas, aequiparare. f) In publica illa confessione, quam sigillo atque fide scribae publici munitam ediderunt Herrnhuthenses, publice

B 3

confi-

f) Mein lieber Bruder oder Schwofter! Ich habe dich herzlich lieb. Denn überhaupt ist mir in meine Natur gelegt. Ich bin ein Mensch, und du auch. - Da ich nun vermalthe, weil ich dich sehe, daß du ein Luule oder Christen-Mensch bist, und von was vor einer Religion, das lasse ich mir gleichgültig seyn. Denn vors erste habe ich keine Zeit, mit dir durch zu reden: dazu seyn wir nicht lange gemein beyammen; und darnach bin ich kein Richter über deine Führung. Vid. Acta Ecclesiastic. Vinarient. Tom. VII. p. 145.

confitentur, suum coetum in id unice tendere, ut Papismum, Caluinismum, et omnes sectas societatesque, puta Socinianismum, Arminianismum, Fanaticismum, etc. uniant atque concilient, per unicam Morauicam ecclesiam, quae huc comparata, ut ueram religionem cum falsa, mendacia cum ueriloquiis, Christum cum Beliale adunire queat: *In Betracht die verstreuten Kinder Gottes und Glieder des Corporis Christi mystici alle durch Retablirung einer, obschon nicht neuen, doch erneuerten aeußerlichen Form und Specie Sectae so gar leichtlich entstehende Spaltung, in der Lehre und Art, vermieden, und nach der von Gott dargebotenen Gelegenheit sich bey hiesiger Maerischen Gemeine der geheimen Veneration des Pabstthums selbst gegen ihr lauterer Wesen, der Uebereinstimmung und Brüderlichen Neigung beyder Protestantischen Haupt-Kirchen, und des guten Vertrauens fast aller kleinern Secten und Societaeten in der Christlichen Religion zum Siege der goettlichen Wahrheit, zur Verbesserung der Zucht und Ordnung, und zur Erhaltung der allgemeinen Liebe, weißlich gebraucht werden moegen.* Büding. Samml. tom. I. p. 5. 6. Plura addere possëmus ex Actis Ecclesiasticis Vinar. Tom. VII. p. 794. 796. 948. et in primis ex publicis literis Synodi Generalis ann. MDCCXLIII mense Iulio, Berolinum missis, insertis Collectionibus Büdingensibus Part. XIV. p. 168. (*des Herrn Graf Z. Irenische Combinations-Ideen,*) nisi parcendum esset lectorum patientiae. Concludamus uerbis ZINZENDORFII: *Alle grosse und kleine Religionen in der Christenheit, wahre (ergo plures una dantur uerae religiones, etsi ueritas non sit, nisi una,) und falsche, sind*

sind uns respectable, - - Ich wolte nicht alles in der Welt nehmen, und einen inspirirten Zuoerer an seiner Kirchen-Verfassung irre machen. Wir haben unsern Weinberg zu bebüthen, aber nichts fremdes zu attackiren. u. Erwartete Erkläerung über A. G. Bericht etc. p. 112. Satis, de propria syncretismi confessione, ab Herrnhuthianis edita.

§. VI.

De eodem syncretismo testantur laudes, qui-²⁾ e laudibus, quibus blandiuntur sociis falsarum religionum. bus sociis falsarum religionum, immo uero etiam patronis impietatis et errorum grauissimorum, blandiuntur. Est uirtus in hoste laudanda, non uitium, neque error: sed Herrnhuthiani in hostibus ueritatis laudant id, quod ueritati ipsi aduersatur, huiusque uel pretium imminuit, uel certitudinem labefactat. DIPPÉLIUS, famosissimus iste circumcellio, insensissimus doctrinae de satisfactione Christi hostis et calumniator, bonis omnibus certisque IESV amicis semper pessime audit, ob uituperia horrenda in cruenta uulnera IESV eructata, tamen, ab Herrnhuthianis et ZINZENDORFIO, maxime laudatur. Nolo repetere, quae ex ore huius retulit STRVENSEE, epist. I. p. 6. de apologia pro Dippelio habita, quae Zinzendorffii syncretismum dicam, an maledicentiam, nimis prodidit. Nec urgeo, quod demonstrationem euangelicam Democriti, opus erroribus scatens, dixerit diuinam, apud WINCKLERVM l. c. p. 147. Sed publicam confessionem Zinzendorffii pariter et totius factionis Herrn-

Herrnhuthianae afferam, ut ne ulla uel elabendi, uel praefracte negandi, quod solenne est Zinzendorffio, occasio maneat. Scribunt ad carissimos fratres Berleburgenses, Schwarzenauienteses, Büdingenses, dulcissimalque suas sorores: *Und weil euch Gott die THEVREN MAENNER, DIPPELN und CARL, welche wir, einen ieglichen in seinem Theil boeoblich ehren, und in Christo küssen, bisanhero gegoennt hat, so hat die Gemeine, etc.* uid. Extract aus dem allgemeinen Diario der wahren Inspirations-Gemeinen, part. IV. pag. 21. Cum Zinzendorffio obiiceretur, has laudes infentissimis satisfactoris uicariae hostibus tribui non posse, a ueris uulnerum Christi amatoribus, non erubuit, publice docere, se in Dippelio non solum Θεου Platonium, sed et id, quod a ratione humana excellentissimum sit habendum, deprehendisse. uid. *Erklärung* p. 133. Monitus est Zinzendorffius iterum iterumque, de hac nimia propensione in iuratos Christi hostes, quae iacturam salutaris ueritatis necessario nexu secum trahat. Noluit errorem agnoscere, orthodoxos impuri zeli in DIPPELIVM accusare pergit, tandem, cum An. MDCCXL Consilia sua iterum ederet, palliauit factum, quod infectum reddere non potuit. Se DIPPELII mentem non satis intellexisse, obiectionibus ab eodem factis imparem fuisse, tandem graues inimicitias cum isto contraxisse, uicem hominis doluisse, palam fassus est tandem. Et tamen creamini Episcopi! O tempora, o mores. DIPPELIVM non intelligit, tamen laudat. Argumenta eiusdem *Sax* uocat, quia confutare

faturo nescit, sed DOBER adueniens, figulus ille παραδοξος, nodos uidet, soluit. Non Zinzendor-
fius contra Dippelium, sed Dippelius a morte pro-
ximus contra Zinzendorffium, scribere uoluit: Er-
go illi error magis cordi fuit, quam huic ueritas.
Vtinam, uel tandem Zinzendorffius ex hac sua con-
fessione intelligeret, syncretistica consilia lydiū la-
pidem non ferre, nec esse mixturam religionum
medium, pacem ecclesiasticam obtinendi. uid. Zin-
zendorffii praefatio ad secundam editionem *seiner
Theolog. Bedencken* §. X.

Pudet fere, literis prodere, Zinzendorffii syn-
cretismum usque eo sese iactasse, ut cum *Fanaticis
crassissimis*, quales sunt Neo-Inspirati Budingen-
ses, intimam amicitiam contraheret. Ipse IO. FRID.
ROCK edidit *des Herrn Grafens von Zinzendorf und
der Herrnhuter Brüderliche Verbindung mit der Ise-
nburgischen Inspirirten Gemeinde, und deren Vorsteher,
dem Sattler I. F. Rock, a. 1741.* quam historiam dum
attente legimus, horremus sane ad blandiloquia,
adulationes, et ueritatis euangelicae extenuationem,
abnegationem, nec non ad feruilem assentandi libi-
dinem, quibus insensatum hoc hominum genus ad
sua partes studuit trahere. Negauit, in gratiam eo-
rum, paedobaptismum ex S. Scriptura posse proba-
ri, p. 7. Fratres sororesque in aeterno sacerdote
summo carissimas carissimosque dixit. g) Rockium
testem comitis recens natae sacra unda tinctae, esse
iussit,

C

g) In dem ewigen Hohenpriester Hochgeliebte Brüder und Schwestern
p. 10.

iussit, p. 13. et pretiosissimum gratiae uas nuncupauit, b) nec non fidelissimum socium Iesu, iudiciumque de inspiratione a Rockio iactitata ferre noluit, p. 39. His si quis addiderit, quae alibi relata leguntur, i) quod nempe coetum Inspiratorum Ifenburgensium et Herrnhuthianos esse unam ecclesiam, ab eodem Spiritu Christi (absit blasphemia) ductam sanctificatamque, non poterit non impudentiam Zinzendorfsianam aeternis diris deuouere. Sapius ideo reprehensus est, tantum autem absuit, ut errorem agnosceret, ut potius de Rockio, tanquam summo doctore theologo, et compatre comitis filiae suae, qui precibus suis apud Deum ualeat multum, quemque filiola comes multa reuerentia amoreque prosequatur, optima quaeuis sentiret, u. *Erklärung über A. G.* p. 139. Cumque iterum monebatur, ne fanatici huius furibundi causam adeo ornaret, tandem in praefatione, secundae editioni consiliorum theologicorum suorum praemissa, proxime abhinc allegata, concessit quidem, ROCKIUM spiritu non satis bono agi, sed, quod eum laudauerit olim, se plane non poenitere, addidit.

De Schwenckfeldianis adeo honorifice sentit, ut foedissimum haeresiarcham, CASP. SCHWENCK-FELDIUM dixerit beate defunctum, s. inter coelites degentem, in *Büding. Samml.* tom. III. p. 309.

De

- b) Mein lieber Bruder Rock, ist ein theures Gnaden-Gesäß, p. 14.
 i) Daß die Gemeine der Brüder in Ifenburgischen, mit denen in Herrnhuth, nicht zwey, sondern eine einzige Gemeine seyn, und bleiben solle, welche durch den innigen Geist Iesu, obgleich mit mancherley Gaben und Kraefften, sich heiligen und süßren lassen wolle. u. *Diatium der wahren Inspirations-Gemeinde*, Part. IV, p. 13.

De *Quackeris*, quibuscum in Pensylvania impi-
ger iste syncretismi artifex diu uersatus est, existi-
mat, spiritu Christi eos regi atque gubernari. Au-
diuit mulierem fanaticam, magistram publice do-
centem, cuius uerba singula dicit uera fuisse, ratio-
ni congrua, pacem in animo efficientia, solatii ple-
nissima. k)

Reformatorum partibus maxime omnium blandi-
ri Zinzendorfium, si opus esset, copiosissime do-
ceri posset. Quis ignorat, istum a Iablonskio Bero-
linensi ordinationem, ut uocant, seu initiationem
episcopi accepisse, huiusque ritus sacri originem de-
riuisse inde ab Apostolis, a quibus, mediante Mo-
rauorum coetu, in IABLONSKIVM translata sit ini-
tandi potestas. Quis nescit, eum formulam pre-
candi in oratione dominica, *Unser Vater*, in gratiam
Reformatorum, suis inculcasse. Quem latet, eun-
dem in coetibus Reformatorum, saepius pro sacris
rostris perorasse. In confessione fidei, Amstelaeda-
mi a. 1737. diuulgata ab Herrnhuthianis, l) de S.
coena cum Calvinianis p. 13. idem plane docent, af-
firmantes, per fidem accipi in S. Synaxi corpus et
sanguinem Christi. In praefatione Carechismi
Herrnhuthiani, quem sub rubro *Lehrbüchlein m)*
C 2 edide-

k) Sie redete lauter wahre und vernünfftige Worte, und weil wir alle
auf Trost warteten, so war sie uns eine Hanna, sie redete von Ihm,
der zugleich der Schoepfer, der Erlöser, der Herr, und der Die-
ner waere, wie sie sagte. Wir süßten Friede bey ihrer kurzen
Rede. Vid. Acta Eccles. Part. VII. p. 945.

l) uid. *Unschuld. Nachricht*. an. 1741. p. 92.

m) Und unsre alte Bunds Genossen, die Reformirten, so offit wir bey
ihnen zum Wort kommen koennen etc. p. 4.

ediderunt, Reformatos nominant suae fidei socios antiquos. Omnes, qui Reformatorum doctrinae assentiuntur, saluari posse, aeternamque salutem consequi, *n*) docent absque haesitatione. Omnes ac singulos Caluini affectas in societatem recipiunt, nec ab iis, ut uel uni errori, a Caluino accepto, nuncium mittant, postulant. Credat igitur Zinzendorfius, necesse est, aut Caluinianos fouere nullos errores, aut tenebras lucemque esse idem. *o*)

Nec Pontificiorum fauorem negligit iste. Omnibus in genere sectis Christianorum promittit uitam aeternam, quidni et Romanae ecclesiae membris. Se inter episcopos, praelatos, monachos, aliosque Papaeos, deprehendisse multos amicos Iesu certissimos, gloriatur, hosque a se, more quidem Syncretistarum, maximi aestimari, *p*) addit. Dixerit Zinzendorfius, nosmet ipsos docere, quosdam in ecclesia Romana seruari posse, est enim in excusandis et palliandis erroribus suis acutissimus. Sed,

n) u. *Büding. Sammlung.* p. 148. 149.

o) Nescio, quid sibi uelit auctor praefaminis, *Collectionibus Büdingensibus* praemissi, dum scribit: *Uns're Reformirten Brüder haben den durchgaengigen Concept von uns, daß wir den hohen und wichtigen Articel von der Gnaden-Wahl vor einen Irrthum halten.* p. 5. Nisi me omnia fallunt, doctrinam de praedestinatione, cum errore de absoluto praedestinationis errore, turpiter commiscet: sed qui potuit, hunc dicere *einen hohen und wichtigen Articel?* Repugnantia loqui, est, stilo Zinzendoriano loqui.

p) *In der Catholischen Religion habe ich, nach meiner Art, alles was Iesum liebet, sehr theuer und hoch gehalten, meine vieljaehrige herrliche Correspondenz mit Bischoeffen, Praelaten und Religiosen besagter Kirche, leget davon ein saetsames Zeugniß ab, und ich würde mich noch iezo unglücklich schætzen, von einem redlichen Catholicken und Liebhaber Iesu vor fremd angesehen zu werden.* uic. *Sendschreiben* p. 17.

Sed, cur doctoribus ecclesiae Romanae, qui *per* Romanae ecclesiae superstitionem seruari cupiunt, salutem aeternam adiudicauit. VITVM GEORGIVM TOENNEMANNVM, e societate Loiolae, hominem interencionis Lutheranorum cupidissimum, auctorem multarum calamitatum, quibus premitur purior coetus, publice praedicauit beate defunctum. *q*) Testantur GROSIVS et WINCKLERVS, Herrnhuthianos adsecclas apud pontificios uti S. Synaxi sub una specie, extenuare *ποτυριουλεσιαν*, inque Romana ecclesia faciliorem dari imitationem Iesu, quam in Lutherana, temere affirmare. In Confessione fidei Regi Sueciae a Zinzendorfio missa, articulo XXI. reuocatur quidem sanctorum adoratio, tamen intercessio sanctorum pro nobis, non solum generalis, sed et specialis, affirmatur, indeque sanctos honorandos esse, concluditur: ne scilicet Pontificiorum gratia penitus exciderent Herrnhuthiani, temperanda erat doctrina Augustanae Confessionis. Patet itaque ad oculum, Zinzendorffium eiusmodi syncretissimum docere, quo omnes, et hostes et amici ueritatis coelestis, in unam societatem coalescere, etiam si seruatis erroribus quibuscunque, debent.

Aegerrime tulit, cum sibi a Grosio execranda haec mixtura obliiceretur, conquestus, iniuriam Herrnhuthianis inferri maximam, si accusentur, omnes sectas ad horum sacra coetorumque admitti.

C 3

Soci.

q) *Des Kayserlichen Reichratters P. TOENNEMANN'S seel. Erklärung wegen der Kejsersichen, Briegsichen und dahin einschlagenden Unflaende in Schlesen. u. Büding. Sammlung. part. XVI. n. XIV. Synopf.*

Socinianos a se esse admissos, non ut Socini discipulos, sed ut Morauos fratres. *r*) Sed, cur illis, qui ad tua castra transiliunt, permittis, ut maneat in externa falsae religionis professione? Cur finis, ut placitis diuersissimarum ecclesiarum, ex animo adfentiantur? Erunt itaque tui Herrnhuthiani et pontificii simul, et Reformati, et Sociniani, alii. Cur concedis profelytis tuis, ut uariis erroribus adhaereant, a te tolerandis sub initium, nisi syncretismum assereres. Ecce non imperas, ut inueteratos errores, hominum saluti aeternae noxios, dimittant, coelestique uni ueritati constanter credant. In societatem Pseudo-Morauicam recipis pontificios, ut pontificios, Caluinianos ut Caluinianos, Fanaticos ut fanaticos, quid plura?

§. VII.

*3) e' reiectione
librorum Sym-
bolicorum.*

Symbola condi solent eam potissimum ob rem, ut, ortis in ecclesia controuersis atque dissidiis, de ueritate constet, reiecta uel haeretica uel schismatica opinione. Hunc in finem symbolum Nicaenum, Athanasianum, alia, olim in prisca ecclesia fuere composita, nec est, quod in his reprehendas. Libri Symbolici, quos pii confessores nostrae ecclesiae edicauerunt, ad eandem metam tendunt, prohibentque

*r) Ich kan nicht sagen, es hat sich ein Socinianer zur Mährischen Kirche bekehret, ergo sind Socinianer unter ihnen, sie haben einen Iuden getaufft, ergo sind Iuden unter ihnen. Hingegen ist das wider wahr, daß man solchen Neulingen nicht alle Worte im Anfang so genau nehmen kan, als in den Worten des Glaubens und der guten Lehre auferzogenen Leuten. uia. Erklärung an A. G. etc.
p. 37.*

que praeterea, ne mendacia haeresesque, in assumpta veritatis larua latere queant, nec in vineam Domini irrepere. Intelligunt Syncretistae, conatibus suis libros symbolicos firmissime obstare, hinc omnia experiuntur, ut haec diuinae veritatis propugnacula, si fieri posset, expugnent, uel saltem in suspensionem, et contemptum, adducant. Iusiurandum, quo fidem puriori doctrinae obstringere iubentur doctores ecclesiae, alique publicis honoribus ornati uiri, innumeris contumeliis laceffunt, christianam libertatem ubique iactantes atque inculcantes, adeo ut odium et despectum librorum symboli- et iurisiurandi, ut uocant, Religionis, recte tesseram symbolumque Syncretismi. Zinzendorffius, Herrnhuthianorum Pontifex Maximus, intercedit summo opere, ne contemptoribus symboli- et librorum adnumeretur. Nuperrime contra Theologum Halensem celeberrimum, DN. D. BAUMGARTENIUM, sub ficto nomine *Siegfridii* a. 1744. prolixè contendit, se suosque fratres Herrnhuthianos esse genuinos Augustanae Confessionis socios: et eo quidem modo contendit, ut praestantissimum uirum, quem ipse iterum iterumque laudat captandae beneuolentiae ergo, non raro asperioribus uerbis perstringeret. Scilicet, intelligit, Herrnhuthianorum cateruam proxime ex Imperii Romani terris proscribendam fore, s) si, hanc ab Augustana Confessione

s) Conceptis uerbis in Mandato Electoral. Saxonico d. I. Jul. 1737. dicitur:
Also sind wir zu Steuerung derer eingesehlichenen Mißbrauche und Unordnungen zu Berthelsdorf und Herrnhuth folgende Vorsehungen

one dissentire concederet, siquidem praeter Romanam et Augustanae Confessione, addictas ecclesias in Romano imperio toleratur nulla. Hinc omnem lapidem mouet, ne ipse, cum suis, a societate Augustanorum Confessorum excludatur. Sed nisi ne omnia fallant, his conclamata est, Herrnhuthianorum coniurationem esse nouam progeniem nouaturientis cerebri Zinzendorfiani, nequaquam Augustanorum propaginem genuinam. Cur adeo contumeliose iudicatur Zinzendorfius de libris symbolicis, hos si tanti facit, prouti uulgo causatur. Prodiit an. 1742. Catechismus, quem Philadelphiae Herrnhuthiani composuisse dicuntur, in quo ad quaestionem, praeter S. Biblia alios quoque libros esse sapientiae diuinae plenos, responderetur ex Eccles. XII, 12. *) non sine manifesto Symbolicorum librorum contemptu. Accusauit Augustanam Confessionem gemini erroris, in doctrina de matrimonio et de bello, eamque in literis ad potentissimum Regem Sueciae, per singulos fere articulos, emendare studuit. De summo Theologo, D. VAL. ERNESTO LOESCHERO, **) narrare

gen mit erforderlicher Behutsamkeit vorkehren zu lassen gemeinet, daß zwar die Gemeine zu Herrnhuth, so lange sie bey der Lehre der ungeaenderten Augspurgischen Confession beharret, bey ihrer etc. uid. CARPZOVII Religions-Untersuchung etc. p.668.

*) Ich habe gehoeret, daß noch sonst Bücher seyn sollen, da viel Weisheit drinnen steht? Resp. Mein Kind, hüte dich vor andern (Büchern) mehr. Pred. Sal. 12, 12. uid. Acta Eccles. tom. VII. p.954.

**) Non possum, quin hac data occasione annotem, Herrnhuthianos ubique crepare consensum summe uenerandi senis theologi, D. LOESCHERI nostri, quasi conatus Zinzendorffii suo calculo comprobasset.

rare solet, virum hunc consummatissimum ipsi et Herrnhuthianis auctorem fuisse, ne ad societatem Augustanae confessionis se adiungerent. Tandem publice magisque aperte est factus, se odisse *x*) symbolicos libros, quia ueritatem magis obscurant, quam exponant. His adde epilogum catechismi, sub rubro *Lehr-Büchelgen etc.* editi, in quo Zinzendorfius controuersias de libris symbolicis, ipsaque symbola, acri sale perstringit. Denique, ut mens syncretistae, qui Augustanam Confessionem, non in omnibus, sed in solis fundamentalibus accipit, clarius pateat, uerba eius repetam: *Augustanam confessionem inuariatam egregiam primorum testium*

D

tesse-

basset. In literis Regi Borussiae potentissimo exhibitis, d. 21. Jul. 1743. denuo affirmauit, uirum hunc *ορθόδοξοτερον* approbasse suam sectam, cum Commissarii Regii uices sustineret, u. *Büding. Sammlung.* part. XIV. p. 148. Sic et alibi hoc in felicitate sibi ponit, quod cum Reu. Loescherō reconciliationem quaesierit et impetrauerit. u. Winckler. 1. c. part. II. p. 71. et part. I. p. 53. In Saxonia orthodoxiam suam a nemine fuisse negatam, necdum exploratam, gloriatur idem in *Büding. Samml.* tom. III. p. 611. Motus rei grauitate, ex Magnifico atque Summe Reuerendo DN. D. LOESCHERO quaesui, quid ad haec temeraria asserta respondere deberem, iussit theologus summus, ut publice et ubique testarer, se semper obstitisse conatibus Herrnhuthianorum, horumque falsis doctrinis fidelissime contradixisse, tantumque abesse, ut cum his consentiat, ut potius errores eorum ex animo detestetur: id quod publice nunc declaramus. Pudeat itaque Herrnhuthianos sanctulos, apertis falsiloquiis societati suae consilere. Pudeat, nomine tanti uiri abuti, ut inde plausum quaerant. Pudeat, Christum ore confiteri, facto abnegare. Quid igitur de fide atque sinceritate Herrnhuthiana erit iudicandum?

x) Ich bin kein Freund von Vermehrung der Symbolorum, welche die oeffentlich darliegende Schrift-Wahrheit dunckel machen, und das weitere Forschen gar abschneiden. uid. Wincklers Unternehmungen etc. p. 51. 53.

*teseram et cum B. Luthero in epistolis ad Philippum modestissime scriptam reputo, et aliquibus Theologorum nostrorum accedens scrutinio, ex intentione patrum non tam symbolicum esse opus quam apologeticum arbitror. Quicquid illud sit, filiali affectu eam deueneror, et VERITATES eius FVNDAMENTALES, quas et fratres mei Morauici fraterno consensu amplectuntur, teneo. u. Wincklerus l. c. part. II. p. 58. Quam fraudulentè uerba concipiat, facile intelligimus omnes. Consentiat Augustana Confessio cum uerbo diuino, an minus, non tangit, sed ut egregium et modestissime scriptum opus laudat. Symbolum eam non esse, sed Apologiam, abusus prima eius appellatione, non frustra contendit, sed ut auctoritatem normatimam confessionis tacite infringat. Ultimo, se fundamentales eius ueritates amplecti cum Morauis tradit, ut subobscurè indicet, se non per QVIA, sed QVATENVS eidem subscribere. Profecto, animum ab Augustana Confessione alienum, luculentius prodere non potuisset, quanquam utatur uerbis, ad omnes fuci falsiloquii regulas atque artes compositis. Zinzendorfius porro abrogationem iurisiurandi in libros symbolicos optat, ideo, quod hoc suis conatibus syncretisticis aperte nimis obstat, uid. WINCKLERI *Unternehmungen etc.* part. II. p. 27. quem conatum inter signa crassissimorum syncretistarum atque indifferentistarum merito retuleris. Confirmat hoc historia Crypto-Caluinismi, olim in Saxonia grassantis, cuius cura prima erat, proscribere iuramentum in libros symbolicos praestandum. Elucet idem ex CALIXTI et HORNEII artibus, quibus superstitionem*

tionem cum religione unire studuerunt: nolabant enim symbolis nostris, quia cum S. Scriptura in omnibus consentiunt, sed, quatenus cum ea conveniunt, fidem obstringere. Consimili ratione patronus omnis diabolicae pravitatis haereticae, GOD-OFR. ARNOLDVS, librorum symbolicorum auctoritatem laceffuit, iusiurandum in eos quouis modo calumniisque horrendis, cum DIPPelio, execratus. Afferam verba ARNOLDI, quae ita fluunt, ut Zinzendorffum te audire putes, quae res, quae stilum; *Weil nun dieß alles unlaugbar und gewiß ist, so folget ferner nothwendig daraus, daß zwar nach Petri Bekaennniß unter ALLEN solchen Hausen, (loquitur autem de Pontificiis, Lutheranis, Socinianis, Reformatis, Quackeris,) alle diejenigen GOTT angenehm seyn, welche ihn fürchten und recht thun, und er also VEBERALL seinen verborgenen Saamen ausstreue, hege und bewabre. Daß es aber auch keinem sonst redlichen Gemütthe zu verdencken sey, wenn es seine Freude seyn laßet, sich allein zu GOTT zu halten, dem einigen Hirten und Meister Christo IESU bloß zu folgen, und sich nach keines Menschen Nahmen oder Aufsatz und gemachte FORM zu nennen, oder zu richten. u. Kirchen und Ketzer-Historie, tom. IV. p. 847.*

§. VIII.

Syncretismum manifestum esse doctrinam Herrnhuthianam, patet porro ex opinionibus sententiisque, quas habet cum Syncretistis communes. Omnes ad unum Syncretistae affirmant, nullam existere ecclesiam, nullam religionem, quae omni naevo

4) ex opinionibus Syncretistis praecipuis.

omnique vero caveat: unde colligunt, damnandam esse nullam sectam, praestare ex omnibus aliquid feruare, uel, manere in sua ecclesia, qua externam professionem, cum aliis sentire, qua internam mentis opinionem. Subinde laudat Zinzendorffius Lutheranam ecclesiam, seque membrum huius permanfurum semper, iteratis uicibus pollicetur. Mox multa in eadem asteriscis notat, suorumque Herrnhuthianorum formam, doctrinam, et praxin longissime eidem antefert, murosque nostri Zionis tandem collapsuros non obscure praedicit. Cum in America ex ipso quaereretur, qui fieri posset, ut, Lutheranam ecclesiam professus, Morauicae fraternae societati simul adhaereret, immo uero etiam coetui Reformatorem rigidissimo adstipularetur, uno eodemque tempore, *y*) respondit, se separationem omnem odisse, ideoque in religione Lutherana usque ad uitae finem perseueraturum, donec muri collapsi fuerint ecclesiae Lutheranae, quos ut ipse destru-

- y*) 1) Er bewundere und ehre den Jeremias, der, als das Volck wider seinen Willen und harte Drobungen, dennoch nach Egypten gezogen, seinem Volck nachgezogen sey. Mosis und Pauli Sinn vor ihr Volck sey ihm auch wichtig.
- 2) Wer indessen Paulo in der Separation folgen solle, der werde es wissen; er folge seinem HERRN IESU, und lebe und sterbe in seiner Religion, und biß ihre Mauren eingefallen seyn, wozu er keine Hand anzulegen Beruf habe, so ziehe er nicht heraus.
- 3) Die Lutherische Religion sey in Praxi vielleicht so schlecht, aber nicht schlechter, als alle andere ihres gleichen, in der Lehre aber vor allen Goettlich signirt, und mit ihrem Schwerd wolle er kriegen, so lange er Kriege des HERRN zu führen habe. uid. Acta Ecclesiast. tom. VII. p. 947. Qui Lutheranam-Euangelicam ecclesiam olim destruendam existimat, estne *γυωσις* (sic enim Zinzendorffius pro *γυωσις*, u. *Büd. Samml.* tom. III. p. 615.) Lutheranus dicendus?

destruat, mandatum habeat nullum: caeterum omnino praxin huius ecclesiae miserrimam esse, sed doctrinam diuino signo signatam. Haec postrema si ex animi sententia protulisset, qui potuisset alibi doctrinam nostram accusare, ac si superfluis, iisque remouendis, laboraret. 2) Cur concessisset suis, ut, num ministerium ecclesiasticum Lutheranum utilitatem certam habeat, sine hypocrisi diiudicarent, posteaque in nostra communione manerent, uel minus. Quod si de ueritate doctrinae euangelico-Lutheranae conuictus esset, quare scripsisset, saltem non nocere salutis Francofurtensis futuri, si in ecclesia Lutherana maneret: *Seyd ihr Lutherisch, wie ich aus eurem Schreiben sehließe, so bleibts; dann euer König war ein Jude, und blieb ein Jude. Das thut ihm nichts?* Profecto, qui in arduo salutis aeternae negotio de ueritate religionis fluctuat, ita, ut suam saltem non nocere affirmet, unicam uero et salutarem eandem dicere non audeat, uera fide, quae *πληροφορία* esse debet, nondum gaudet, Lutheranamque ecclesiam non tam laudat, quam in suspicionem adducit. Rusticus simplex, si credere fas est, somnium habuit propheticum, cui Zinzendorfius non modo primum locum in collectaneis Bädingsenibus tribuit, sed et de se suisque futuri

D 3

turis

2) Wollen sie glauben und koennen sie glauben, daß Religio Lutherana in comparaißon aller andern Religionen optima, und, wenn man superflua remouire, eine gesunde Lehre sey, dabey ia dadurch viel tausend Seelen koennen errettet werden: koennen sie dabey begreifen, daß die ritus und Verfassung des Kirchen Standes eingen real-Nutzen haben, so bleiben sie dabey, und beweifen Treue darinnen, wo nicht, so heucheln sie nicht. u. Zinzendorfs Theol. Bedencken part. III. p. 34.

turis fatis exposuit: in hoc ecclesia Lutherana com-
 pareret sub nomine et habitu *meretricis*, uel potius
 prostibuli execrandi. Obtestor lectores meos, ipsi-
 met cogitent, quam bene de ecclesia nostra prome-
 ritus sit frater Ludouicus, somnium hoc collaudans,
 diulgans, et ut sibi salutarissimum commendans,
 scriptis suis inferens, et quidem primo statim loco. a)
 Prolixe ostendit summe uenerabilis Lubecensium
 Praesul, DN. D. IO. GOTTL. CARPZOVIVS, uir de
 puriori coetu immortaliter meritus, Herrnhuthia-
 nos ubique suam ecclesiam Lutheranae praeponere,
 hancque omnino deserere, etsi longe alia simulent,
*in Religions-Untersuchung der Boehmisch und Maebri-
 schen Brüder. part. II. cap. 2. p. 752.*

Docent porro Herrnhuthiani, cum Syncreti-
 stis, quascunque christianorum sectas conspirare in
 fundamento fidei, facilemque earundem fore con-
 ciliationem: unde concludunt, cuilibet, ut in sua re-
 ligione maneat, esse concedendum. Errores, etsi
 grauissimos, extenuant, et *Kopf-Irrthümer* nomi-
 nant, (u. Acta Eccles. tom. VII. p. 944.) quae anti-
 qua fabula est, ab omnibus per singula saecula syn-
 cretistis acta. Cum in conciliabulo Germantonenfi
 quaestio ageretur, sitne religio, quam adhuc pro-
 fessus fuerat neophytus quidam Herrnhuthianus,
 deserenda, ut aditus ad Herrnhuthianum coetum
 pateret, decretum est, et quidem cum abusu nomi-
 nis Sospitatoris nostri, impraesentiarum nondum
 adesse tempus, religiones adhuc receptas deserendi.
 uid.

a) *Dieses Briefgen*, (in quo somnium narratur) *ist dem Herrn Grosen*
gesegnet gewesen. u. Büding. Samml. tom. I. p. 1. 2.

uid. *Act. Ecclesiast.* tom. VII. p. 948. Quo haec tendant, nemo non intelligit. Religio, aut uera, aut falsa est: Si uera, deserenda est neque nunc neque olim: Sin falsa, deserenda est, non olim, sed confestim. *b)* Tempori inferuire uult Zinzendorfius, cumque nondum factis tutum ipsi uideatur, religiones dominantes pellere, Herrnhuthiana ut ubique regnet, differt consilia sua in magis opportunam aetatem, quam, Deo prohibente, non inueniet.

§. IX.

Nihil magis obstat Syncretistarum machinationibus, quam theologia, denominata a bellis Domini, hoc est, polemica, cuius ope errores deteguntur, confutantur, nebulae, quae luci ueritatis officunt, discutuntur, omnesque haereticorum fraudes atque ludibria feliciter reiciuntur. Hinc indifferentistae omnes ac singuli, nec non Syncretistae, in hanc potissimum teja sua uibrant, prorsus eliminandam eam proscribendamque censent, horrendis calumniis blasphemisque traducunt, summoque odio prosequuntur eos, qui hanc uel defenderunt

5) ex reiectione theologiae Polemicas.

b) Tit. III, 10. 2. Ioh. 10. Dixerit Zinzendorfius, me religionem cum ecclesia commiscere, meque de ecclesia accipere, quod ipse de religione intelligendum cupiat. Agedum, quid est religio ex sententia Zinzendorfiana? *Eine Verbindung verschiedener Leute, die Christliche Wahrheiten nach ihren Grundsätzen einmützig und richtig auszusprechen.* u. Berlin. *Reden für die Mannespersonen.* p. 202. Sed sciat, nos olim et hodie ignorasse, quod per religionem sola obligatio utendi hae et illa phrasi intelligi debeat. Religio, et doctrina de religione, sine Theologia, adeo proxime sunt conuexa, ut altera harum falsa, altera uera esse nequeat.

derunt uel excoluerunt. Eisdem tibiis inflat cum Syncretistis Zinzendorfius, polemicamque theologiam tot uituperiis atque criminationibus onerat, ut, etiamsi reliqua omitterentur cuncta, hoc uno animum ueritatis coelestis pertaesum satis superque eum prodidisse, sit censendus. In praefamine, c) tertiae particulae consiliorum theologorum Zinzendorffianorum praemisso, uel ipse uel STEINHOFERVS, testatur publice, Zinzendorffium odio infensissimo prosequi controuersias theologicas. In conuentu, quem Gothae an. M DCC XL habuerunt fratres syncretistici, prohibicum omnibus fuit operariis, ne disputationes de religione instituant, ne quis alterius religionem, siue Lutheranam, siue Papaeam, siue Reformatam, in dubium uocet. u. *Hist. Nachr.* part. II. p. 30. Disputationes theologicas nominat rixas scholasticas, *Schul-Gezaenck*, in Consil. Theol. part. I. p. 37. a quibus filii Dei abstinerere debeant: hos enim nisi de fundamento fidei dogmatico, *Lehr-Grund*, neque de hoc toto, sed qua salutare suam partem, sollicitos esse debere, quasi scilicet detur fundamentum fidei non salutare. Obiicient mihi Herrnhuthiani promachi, se suos que

c) Der Verfasser dieser Schrifften hat um so viel eher davein gewilliget, daß sie nach und nach edirt werden moechten, als ihm das controuertiren von Herzen zuwider ist. u. l. c. p. 3. Dixeris, haec uerba de iis controuertis, quas Zinzendorfius cum suis aduersariis adhuc habuit, agere, non de omnibus. Dabo hoc, sed si tantae necessitatis est emendatio doctrinae a Zinzendorffio tentata, abhorere animus eius a polemica theologia hoc minus potest, quo certius praeter hanc datur medium nullum emendandi sacra, si qua emendanda essent.

ab omnibus controuersis non arcere, sed ab his, qui fundamentum fidei non attingunt. u. *Büding. Samml.* part. II. p. 148. Cedo, quid est fundamentum fidei, ex uestra sententia? Doctrina de IESU crucifixo. Hactenus non male, sed dantur quaestiones cum hoc fundamento indiuiso nexu coniunctae, quas pari iure dicimus fundamentales, quid de his Herrnhuthiani? Negant has esse tales, adeo, ut doctrinam de salutari Dei cognitione, sine qua ne intelligi quidem potest doctrina de IESU, eximant e numero illarum, quae ad fundamentum fidei spectant. uid. *Acta Eccles.* tom. VII. p. 944. *Büding. Samml.* tom. III. p. 408. d) Cum IOANNEM LEONHARDVM DOBERVM ad paganos mitterent, in mandatis ei dabant, ne cum his de religione quapiam disputaret, ne erroneae ecclesiae membra de ueritate coelesti persuadere et ad ueram religionem disputando adducere auderet, ne discrimen sectarum inter Christianos tangeret: quid hoc est aliud, quam, ut ab omnibus theologorum controuersis abstineret. uid. *Büding. Samml.* part. II. p. 185.

E

§. X.

d) Ne quis me falso haec Herrnhuthianis tribuere autumat, pro uoco ad Catecheticas quaestiones, quas in gratiam gentilium conuertendorum ediderunt, et in *Büding. Samml.* tom. III. p. 404. sqq. diuulgant. In his, quae fundamentum fidei huiusque praecipua capita attinent, exponuntur, sed ita, ut conceptis uerbis negetur, cognitionem DEI PATRIS esse necessariam homini baptizando. *Wer ist denn das alles?* Resp. *Ersstlich der Vater des HERRN IESU.* *Wer ist das?* Resp. *Das kan ich dir unmoeglich beschreiben, der ist so hoch, so hoch, da kan ich nicht binan, und das bat Zeit, daß du ihn kennen lernest. Wie lern ich ihn denn kennen?* Resp. *Ach der HERR IESUS wird dir schon selbst sagen einmahl, wenn sein Vater dein Vater ist.* p. 408. Non obstante hac ignorantia, sacra unda conspergunt paganos syncretistae Herrnhuthiani,

§. X.

6) ex eo, quod
a confutatione
haereticorum
plaus abstinent.

Idem consilium Herrnhuthianorum proposita Syncretistica ulterius prodit. Tot libellos sparsit Zinzendorfius, multis scriptis, quibus carere potuisset, orbem oppressit, sed nunquam aciem strinxit in errantes, nunquam in hostes religionis pestilentissimos, nunquam in praefracros atheos, deistas, et id furfuris alios: dicat itaque, numquid Apostoli praeceptum, *Tit. I, 9. u.* ad se pertineat. Altum et profundum silentium tenet de articulis fidei fundamentalibus, maxime controuersis, ut est, de S. S. Trinitatis mysterio, de persona Christi admiranda, de S. Coena, aliis, ut ne quidem nominet contentiones de his in ecclesia motas: si uir bonus esset, omnino fateretur, se in gratiam dissentientium eas dissimulasse, ne horum gratia excideret, sed omnium fauorem sibi conciliaret. Edidit Zinzendorfius tot sermones sacros, sed, in quibus contradixerit uel Socinianorum pestiferis opinionibus, Arminianorum, Fanaticorum, Calvinianorum, etc. uidi adhuc nullum. Igitur Zinzendorfius non est episcopus talis, qualem Paullus desiderat, quippe a quo postulat, ut non solum instruat *εν τη διδασκαλια τη υγιανηση*, sed et possit *της αντιλεγοντας ελεγχεν, επισομιζεν*. Audiant Syncretistae theologum pium atque modestissimum, b. GVST. GEORG. ZELTNERVM: „Elenchtico officio qui non satisfaciunt, „iusta pariter moderatione iustoque feruore, canes „muti et INDIGNI EPISCOPI audiunt, *Esa. LVI, u. Tit. I, 9. u.* Controuersia de S. S. Trinitate

tate est summi ponderis, hinc ab ecclesiae doctore defendenda, contra Antitrinitarios quauis data occasione. Quid Zinzendorfius? Nullibi hanc quaestionem tangit, immo uero a uocibus *Dreyeinigkeit, Wesen und Person*, Trinitatis, essentiae, personae, plane abstinet, et in harum locum phrasas, quas in erroneum sensum detortas Antitrinitarii, incautis uerba daturi, adhibent, substituit. Confer: *Probe eines Lehr-Büchelgens vor die sogenannten Brüder-Gemeinen* p. 9. 10. Audiamus, quibus nominibus salutare malint tres personas unius diuinae essentiae:

*Nehmt mich, wie ich da bin, gut und boese an,
Vater, liebe Mutter (Spiritus S.) und mein
zweyter Mann.*

conf. *Act. Eccles.* tom. VII. p. 787. 953. 954. Adhibet alibi uoces Pater, Verbum, Spiritus, sed absque ulla interpretatione, ne Antitrinitarios pungere uideatur. Dicrum classicum, *Iob. X. 30.* uertit in sua noua N. T. uersione: *Ich und der Vater sind einerley.* Profecto, ut Socinianorum beneuolentiam sibi adiungat, qui hac strophe non possunt non recreari. Consimili ratione caeteras haereses negligit, nec raro extenuat, ut earum patronos alliciat ad fraternitatem suam, quanquam cum dispendio ueritatis coelestis, cognitu ad aeternam salutem necessariae.

§. XI.

Vt faciliori ratione omnes sectas secum unirent⁷⁾ e *biblica di-*
E 2 Herrn: *ctione, quam*
affectant.

Herrnhuthiani, excogitarunt dicendi genus, quod uocant *biblicum*, cuius artificium in eo consistit, ut ad quaestiones de religione fideque propositas dicto biblico, tamen omissa omni huius explicatione, respondeatur. Quod reapse nihil est aliud, quam in re seria et salutem hominum attinente, ludere. Omnis dissensus Christianorum, oritur ex uaria interpretatione uerborum biblicorum: qui uero securus de sensu uerborum, seruat solam phrasin, nonne hic ineptire tibi uidebitur: Quid enim sibi uolunt uerba sine significatione. Quid iuuat, uerba tenere memoria, non intelligere. Sed de hoc inepto medio Syncretistico, ex instituto commentatus sum in praefatione, operi Heshusiano, *der rechtgläubige Lutherraner*, nuper praefixa, ad quam, breuitatis ergo, lectorem remitto. Adde *Histor. Nachrichten*. part. II. p. 216. Noluit autem Zinzendorfius, aut non potuit, instituti sui incommodam rationem perspicere, potius libellum doctrinalem, *Lehr-Büchelgen etc.* dictione biblica hac sua conscriptum, summis laudibus ubique extulit, admiratus, obscuritatis peti eum, quem ipse siue clarissimum semper praedicent et experiantur.

§. XII.

8) e reiectione
systematum
theologicorum.

Reiiciunt porro systematicam methodum docendi theologiam, qua aeternae coelestesque de Deo et rebus diuinis ueritates, iusto ordine inter se connexae proponuntur, ut constans harmonia diuinarum ueritatum, infallibilem certitudinem earum confirmet. Libere hanc methodum accepit ecclesia, posteaquam usum, quem in Theologorum

logorum scholis praestat, habuit perspectum: in primis, cum animaduerneret, eius ope facillime protrahi e latibulis, qui sub herbis latere malunt, pessimae suae causae diffisi. Quo etiam fit, ut fore omnes, quos inane pacis minus securae studium tenet, systemata innumeris uituperiis onerent. Syncretismus etiam Zinzendorffium commouit, ut impedimenta, quae suis conatibus syncretisticis e systematica Theologia oriri poterant, remoueret, hincque systemata e suo coetu proscriberet. Nemo Herrnhuthianorum adhuc uel edidit, uel edere tentauit, compendium doctrinae christianae, iusto ordine, aptoque articulorum fidei nexu, conscriptum. Catechismos uno plures composuerunt, sed in quibus neque debitum ordinem, neque *angelicam*, neque perspicuitatem, obseruarunt. Tandem et illum ordinem, quod b. LV THERVS catechesin in sex capita distribuit, neglexerunt, ut, quicquid in mentem uenerit, blateronum more garrere imperterriti possent. Adeo omne, quod puritatem doctrinae ab errore seruare potest, fugiunt. Cum Brumhardus apud Ienenses diem obiret suum, in epicedio ab Herrnhuthianis conscripto, LV THERVS hoc nomine, quod Syttema nulum composuit, MELANCHTHONI longissime antefertur, more ZIEROLDIANO, et systematica docendi ratio annumeratur quisquiliis philosophicis, theologiae puriori adiectis, nunc autem rursus abiiciendis, ut ne Syncretistarum machinationibus obuiam eatur. e)

E 3

In

e) ^{14.}
*Er machte kein Systema nicht,
 Predigte simpl, was ihm das Lichte*

Des

In literis ad Potentissimum Sueciae Regem datis, Zinzendorfius, qua mente in systemata feratur, haud obscure prodit, dum sacra Biblia praestantissimum Systema uocat, quo certius et clarius nullum conferri posset. Sed, aut non intellexit uocem systematis, aut in uoce ludit, systematico enim ordine tradi in S. literis doctrinam coelestem, nae ridiculus esset, qui affirmaret. Pari modo, genus dicendi Apostolico-germanicum distinguit a theologico, hocque propagandae ueritati obesse, confidenter affirmat, u. *Büding. Sammlung*, tom. II, p. 227. Nonne autem hoc ipsum theologicum dicendi genus est systematicum, quod, praeter clarissima uerba sacrarum literarum, terminis technicis uocibusque in ecclesia usitatis, ut sensus uerborum Domini facilius innotescat, utitur.

§. XIII.

*Der Gnade zeigte aus Gottes Worte,
Und reformirte manch' tausend Orte
Der Christenheit.*

15.

*Doch blieds nicht lang in diesem Stand,
Melanchthon mischte bald andern Tand
Durchs philosophiren unter die Gnade,
Dass sich denn wieder der alte Schade
Der Kirche fand.*

a. *Büding. Samml.* part. XIII, p. 128. Utinam, Zinzendorfius legeret testimonia laudesque, quibus b. LUTHERVS locos theologicos PHIL. MELANCHTONIS condecorauit, certo confiderem, fore, ut ipsam puderet, dixisse, Lutherum nostrum systemata repudiassse. Summopere delectatus est libro Melanctoniano, et, ut omnium manibus diligentissime treretur, optauit iterum iterumque. Quantum a Luthero distat Zinzendorfius, megalandri acmulus, nec raro obtrectator, sed infelicissimus.

§. XIII.

Qui systemata theologorum contemnit, non potest non academias, in quibus haec publice expōnuntur, despiciere. Iam diu obseruauimus, doctores Henoticos semper in Academiis multa desiderasse atque culpasse. Ratio est in promptu. Viuunt in academiis doctores ueritati coelesti inuigilantes, suosque auditores contra haereticorum fabulas atque nugas monitis praeceptisque obfirmantes. Pollent iidem multa auctoritate, siquidem horum fidei concredita est salus ecclesiae et reipublicae. Ausibus temerariis resistunt, fraudes hostium obseruant, ueritatem publice defendunt, ac, ne quid detrimenti capiat salus ecclesiae, unice student. Quid mirum, in hos si aciem maxime instruunt, qui ueritatem coelestem uel expugnare, uel cum mendacio atque errore unire, si fieri posset, audent. Exemplis sunt contumeliae a WEIGELIO, HOHBURGIO, GOD. ARNOLDO, nec non PFARFIO Tubingensi, (cum henotica consilia mente olim agitaret) aliis, in academias prolatae. Etiam Herrnhutianis offendiculo sunt academiae, sanctae illae sanctissimi Spiritus officinae. Qui taceam, Zinzendorfium cum eruditis aegerrime conuersari, nec facile hos in societatem, utpote ad sua instituta ineptos, recipere: cum exinde pateat, parum a Carolostadianis somniis eum abesse. f) In literis,

f) Wir sind zu dem Ende bedencklich, Gelehrte aufzunehmen, denn sie machen sich unnuͤtzlich, außer den gesteckten Seilen unsrer Gemeinde zu arbeiten. Sic Zinzendorfius in Theol. Bedencken part. III. p. 40.

ligeris, Serenissimo Sueciae regi exhibitis, contendit, articulum fidei fundamentalem non esse, ut ecclesiae ministri debeant semper esse docti, eruditi. *Artic. V.* Comprobat ipso facto assertum, episcopos constituens et publicos doctores, inspectores, seniores, alios, qui figuli, factores, fabri aerarii, fabri lignarii, linteones, fuere. In satyra, sub nomine *Ieremiae praeconis iustitiae diuulgatae*, Zinzendorfius p. 99. conceptis uerbis academica theologorum studia damnat, ad uerba Paullina 1. Cor. I, 26. prouocans: *Wenn auf einer Uniuerstraet etliche tausend Gelehrte beysammen sind, die sich zum Dienst des HErren bereiten lassen, so paßt das Wort des Apostels sehr schlecht darauf, daß nicht viel Kluge beruffen sind. etc.* Ad altiora heists, *wenn sie auf Academien gehen, und Paulus spricht, nicht mit grosser Weißheit. 1. Cor. II.* Haec uituperia a crassissimo Fanatico uix erant expectanda. Vnum addam testimonium, ex epicedio Brumhardiano, supra excitato, idque poeticum et rythmicum; rogo autem lectores, ne elegantissima poesi nimium delectentur:

*Wie muß dir, Lammlein, zu Murbe seyn,
Daß man deiner Wunden und Todes - Pein
Auf Academien so wenig dencket,
Und Hertz und Sinnen auf Dinge lencket,
Die gar nichts sind.*

An

p. 40. Venerabilis DN. D. BENNER recte obseruat, Zinzendorfium cupere solos simplices, exigua rerum scientia praeditos, qui nempe artibus eius, propter stuporem et ignorantiam obfliterare non possunt, boni cetera, et flexiles in omnem partem. *Lerna Zinzendorf. p. 329.*

*An statt deiner Schmerzzen und blutgen Müß,
 Studiert man irzo Philosophie,
 Und die arme Seelen, die dich vergessen,
 Sind wie die Bienen darauf erseßen;
 Erbarm dich, HErr!*

Paucis interiectis, b. BVD DEI manes turbantur:

*Buddeus hatte zu seiner Zeit
 Denen Gelehrten geprophezeyt,
 Wo sie nicht bey Zeiten würden umkehren,
 Würde man **Schuster und Schneider boeren,**
 Das Lamm erhoehn.*

*Als er das sagte, war die Zeit nah;
 Ietzt ist die Erfüllung schon da;
 Denn die Brüder-Kirchen, die IESum funden,
 Predigen nunnebro die blut'gen Wunden
 Vor aller Welt.*

**Omne tandem uirus in honores academicos euomu-
 it in carmine iniuriarum pleno: Biding. Samml.
 tom. III, p. 442.**

*Das Denckmahl das der Doctor Paul
 Den Schriftgelehrten wollen stifften:
 Wo sind die Meister in den Schriften?
 (1. Cor. I, 10.)*

*Und wenn er noch mit vollem Maul
 Nach seinem gegenwaertgen Zwecke
 Mit Drecke (Phil. III, 8.)
 Die Wissenschaft vergleichen thut,
 Klingt auch nicht gut.*

F

Philo.

Philosophos igni et aqua interdicendos iudicat idem, omneque philosophiae studium uatiniano odio prosequitur. *Der Moral und der Philosophie bin ich in allen Gemeinen des HErn von Herzen gram: sie bringen unsern Heyland um unsern Verstand und Willen: sie rebelliren den Verstand, und betrügen den Willen: drum schnapt der Verstand so leicht über, und der Wille geber zurücke. Büd. Samml. tom. II. p. 41.* Quis poterit durioribus uituperiis in philosophiam debacchari. Utinam, ne Zinzendorfius haec unquam protulisset, quo pacto enim uituperia tanta uel excusare uel extenuare queat, ego plane non intelligo.

§. XIV.

Id) e contempta
ministerii ec-
clesiastici A. C.

Idem illud, quod contemptum academiarum et eruditionis gignit in Syncretistis, excitat in iisdem fastidium atque despiciatum ministerii ecclesiastici, diuinitus constituti. Zinzendorfius, pro eximio suo in proximum amore, grauissimorum haereticorum uitia errataque palliat, optima quaeuis de quolibet sperans: sed, si ministrorum ecclesiae Lutheranae reminiscitur, amoris huius, tantopere exorbitantis, plane oblitus, pessima de plurimis suspicatur, maximam partem sacerdotum Lutheranorum ad orcum ablegans. Miror, nondum eum de abrogatione nostri ministerii ecclesiastici cogitare, temporum inopportunitate forsitan impeditus, quo minus consilia sua prodat. Ac, ne quid desit temeritati, negat atque pernegat, nostrum ministerium ecclesiasticum esse a Christo institutum. Miraberis

raberis, uix credes, me rem exaggerare suspicaberis, igitur accipe uerba eius: *Sie, nempe die Saugammen der Kirchen, finden nicht schicklich darum, daß unter hundert Predigern des Evangelii gemeinlich über die Helffte in Wort und Werck verkehrte und irrige Lehrer sind, (sunt, inquit, non, si forte essent, sed affirmat, tales eos esse) das Predigtamt aufzubeben, welches doch in der Art und Form, wie nun, nicht Christi eigenes Werck ist, sondern der Obrigkeiten, etc. Detestatur amicitiam, quam olim cum pastoribus nostratibus contrahere studuit, ut Lutheranorum ecclesiae corruptissimae per hos subsidio ueniret: g) se nunc permissurum, ut rem suam sibi habeant, spe emendationis frustrata, sancte pollicetur. Prodeat Ieremias, sed laruatus ille, a Zinzendorffio fictus formatusque, Ieremias, ein Prediger der Gerechtheit. Inter satyros faunosque te uersari, existimabis, hunc si audies. Adeo exuta omni sinceritate ac reuerentia, debachatur in nostrum ordinem. Cum Americanis Bethlehemitis ualediceret, h) non erubuit, his suadere, ut mallent, sacerdote carere, quam talem, qui sacerdotale opificium, quod contumeliose uocat, exerceret, eligere ministrum ecclesiae suae. Saepe miratus sum, in solis*

F 2 mini-

g) Warum bin ich so viele Jahre eine unermüdete Pfaffen-Stütze gewesen? und habe meine Brüder genugsiget, sich mit ihnen zu schließen? Habe ichs nun gleich aus guter Hoffnung mit dem Pfavr-Herrn gehalten, so habe ich doch etc. u. Winckleri Versuchung etc. p. 55.

h) Wenn ihr keinen Bruder habt, der sich dazu schickt, so laßtss bey der Weissagung aller Brüder, ehe ibrs jemand austragt, ders als ein Handwerck kan, u. Büding. Samml. III, 238.

ministris ecclesiarum repurgatarum, tot scelera uitaeque uidisse oculatissimum censores, cur pontificios, monachos, quackeros, ne uerbulo reprehendit? An horum sacerdotes atque doctores omninae carent? Ecce soli Euangelico-Lutheranae ecclesiae pastores, tantae offensionis sunt Herrnhuthianis?

§. XV.

II) e detestatione nominis Lutherano-
Reformato-
rum, etc.

Vt cum Lutheranis, Reformatis, Socinianis, Papaeis, aliis, copulare sese queant citius, Herrnhuthiani nolunt dici Lutherani, uel Reformati, sed fratres. Turbant autem in varias partes, cras id nominis detestaturi, quod hodie summopere affectant, si e re ipsorum fuerit. In appellatione fratrum Bohemicorum atque Moraucorum tripudiavit Zinzendorfius olim cum suis, hique synodis generalibus, nomine ecclesiarum unitarum Bohemicarum, Moraucarum, Waldensium, iterum iterumque subscripserunt. Nescio itaque, qui fiat, ut Zinzendorfius coram uniuersali congregatione Quackerorum negauerit, se suosque unquam Bohemos Morauosque dictos esse: „Nous ne nommons nôtre eglise ni Morave, ni Boheme, mais depuis 300. ans nous sommes appellés les Freres, *Fratres*, tout court, des notres, et de nos persecuteurs mêmes. uid. *Büding. Samml.* part. XIII p. 80. Ipse Zinzendorfius inauguratus est episcopus fratrum Bohemicorum et Moraucorum: solamque Moraucam ecclesiam esse domum Dei certissimam, satis audacter asseruit, in oratione, qua Americae ultimam

mum uale dixit, uid. *Büding. Samml.* tom. III. p. 204. Addantur, quae a Venerando DN. D. BENNERO in *Lerna Zinzend.* p. 296. prolata sunt. Porro, in supplicibus literis, Serenissimo Borussiae Regi oblati, con-fratribus Morauorum adnumeratur a generali synodo, *ibid.* p. 160. Nec facile erit, qui negauerit, Zinzendorffium hoc sibi semper honori dixisse, quod Morauorum socius, miro facto, factus sit. Attamen, idem ille Zinzendorffius, uigilans an somnians, haereo, negat, se Morauorum fratrem esse. *i)* Haec contraria non nisi Syncretista, qui rotunda credit esse quadrata, poterit conciliare. Nolunt *Lutherani* nominari, immo uero etiam contumeliam esse credunt, hoc nomine si a quopiam citentur. Causam interferunt, Paullum prohibuisse, quo minus a magistris et doctoribus denominentur pii, 1. Cor. III. Malle igitur se fratrum appellationem, ad praeceptum Christi: *Vnus est pater uester, uos autem fratres.* *Büding. Samml.* tom. I. p. 18. 19. Miramur, Zinzendorffium fallam hanc strophem fratribus non potuisse dissuadere, nec eam confutare, cum nostrates theologi toties ad eam responderint,

F 3

ut

2) Accipe uerba uiri, qui fallacibus uerbis, ut solent defensores iniustae causae, imprudentibus imponere studet: *Sie plaiantiren über die Maebrischen Brüder mit allerhand Anzüglichkeiten, die gar nicht vor mich gehoeren, weil ich weder ein Maebrischer Bruder, noch Aucto' ihrer Bet Haenser bin, und darauf, worin ich auf der Maebrischen Kirche unstaendiges Ansuehen, wie meine beyde Credentiales nach Breslau und Glogau besagen, wie dem Kenige authorisirt bin, mit denen Gerichts-Herrn allenthalben zu entriren. etc.* *Büding. Samml.* tom. III. p. 173. At, si Morauorum frater non es, cur te ubique *Fratrem Ludouicum* appellas?

ut crambem millies coctam effemus apposituri, si prolixiorum eiusdem confutationem dare uellemus. uid. l. c. tom. III. p. 598. Miramur, Zinzendorffium statutis atque moribus fratrum suorum non obedire, nec a Lutherani compellatione penitus abstinere, quam in America toties sibi tribuit, et in qua gloriam nominis posuit. Si detestatus est Paullus Apostolus nomina a magistris deriuata, ut publice docent *Pseudo-Morau*, omnino peccauit Zinzendorffius, Lutherani nomen retinens, non abiiciens, non repudians. *k)* Sed, quae subsint artes, facile intelligitur. Ludouicus frater, omnium colores formasque induit, ut omnium gratiam sibi paret. Si apud Lutheranos degit, Lutheranus est, si apud Reformatos Reformatus, Morauos Morauus. Vespertilio apud Aesopum, apud uolucres propter alas auem, apud maures murem, se nominat. Vt omnes religiones in unam coalescant, studet Zinzendorffius: huic conatui longissime obstant nominum et appellationum diuersitates: itaque has collere,

k) Der Heyland hat uns Lutheraner nicht allein hier zu seiner Gemeinen gemacht auf einmahl, sondern auch etc. (olim ergo ecclesia Lutherana non erat ecclesia Christi, sed per Zinzendorffii aduentum nunc est facta.) Porro: sondern er hat meine Lutherische Brüder und ihren Lehrer einer solchen publicen wütenden Verfolgung etc. Büding. Sammlung, tom. III. p. 214. Da ich mich selbst in der Lutherischen befinde, so bin ich nicht gesinnet, da heraus zu gehen. uid. Wincklers Unternehmungen etc. p. 27. Alibi confidenter de seipso loquitur: Ich bin bis diesen Augenblick ein wester Lutheraner: ich bins mein Tage gewesen, und geblieben: und wenn ich auf einen Schadsichen Ernst dringe, so mach ich ihn Lutherisch leicht. uid. Büding. Samml. tom. II. p. 40.

tollere, quouis modo allaborat, de doctrinae diuer-
sitate admodum securus.

§. XVI.

Tandem, syncretismi Herrnhuthiani signum <sup>12) ex affecta-
tione uocum et
phrasium, sub
quibus omnes
sectae latere
possunt.</sup> infallibile est, affectatio uocum et phrasium, in qui-
bus omnes sectae latere, suosque errores occultare
possunt. Vera et orthodoxa ecclesia, per aptam
terminorum phrasiumque inuentionem, protraxit
e laribus haereticos. Patet hoc ex inuentione uo-
cum *ομοσις* contra Arianos, *θεοτοκος* contra Nesto-
rianos, *υποσις* et *υσις* contra Samosatenarios,
Tricheitas, Noëtianos. E contrario, qui intempe-
stiq; henoticismo tenentur, omnes uoces phrasie-
que, quibus sententiarum discrimina in lucem pro-
trahuntur, respuunt, in harum locum substituentes
alias, quarum significatio ambigua, aequiuoca, lata,
ut diuersa etsi sentientes, idem tamen loquantur,
sicque concordare uideantur. Ariani utriusque uo-
ces; et *ομοσις* et *ομοισις*, usum prohibebant, ut
improuidis eo citius persuaderent, *ετι εναι δογματων
διαφοραν, αλλα ματαιων ειναι*. uid. THEODORET.
Lib. IV. c. 32. Qui sana ratione pollet, statim anim-
aduertit, fraudulentam hanc esse rationem palli-
andi errores, nequaquam aptum iustumque mo-
dum diuersas sententias conciliandi, multo minus
pium consilium, Lutheranam cum Reformata ec-
clesiam uniendi. Interim Herrnhuthiani adhi-
bent hoc henoticismi medium, eoque ipso syncre-
tismum suum manifesto produunt. Agedum, ex-
emplis confirmemus assertum nostrum. Constat
inter

inter omnes, Reformatos cum Lutheranis in unum coetum societatemque coeuntes, facile a se inuicem distingui per genuflexionem et capitis denudationem, apud Lutheranos consuetam, ad nominis IESV prononciationem atque citationem. In templo, ubi utriusque ecclesiae membra conueniunt, haec tessera est gentis Lutherae, qua a Reformatis dignoscitur. Zinzendorfius, pro mirabili sua arte syncretistica, hanc tesseram tollere studet eo, quo ante eum nemo tentauit, modo. Tollit frequentem nominis IESV usum, et in huius locum substituit *agni* atque *Sospitatoris* appellationem, quae multo frequentior est inter Herrnhuthianos, ac illa suauissima IESV nuncupatio. Superbiunt fratres nomine *der Lammes-Gemeinde*, *Lammes-Texte*, et in suis precibus semper fere filium Dei alloquuntur titulo *agni*, et *Seruatoris*. 1) Cumque apud nos non sit
in

- 1) Qui Zinzendoriana aliaque Herrnhuthiana scripta legit, facile nobis largietur, ut a labore, excitandi loca atque carmina plura, hoc confirmantia, abstinamus. Vt autem elegantiam uenae poeticae, Zinzendorffio ad excessum usque connatae, mirentur-lectores nostri, hoc unicum dabimus exemplum, ex *Büding. Sammlung.* tom. II. p. 772. seqq.

*Mayer, der alte Hr. Mayer dort,
Der zu Schafhausen bedient das Wort,
Machte mich erstaunen,
Als ich ihn boerte,
Wie er mein Laemmlein (mein alles) ehrete,
Und sein Verdienst.*

*Das ist die Lehr' unsers Samuels,
Kennt ihr nicht, sprach er, den Werenfels?
Ja, dem Lamm zum Preise,
Ich kan es sagen,*

Wir

in usu, flectere genua ad hanc *agni* compellationem, sustulit Zinzendorfius signum externum diagnoseos inter Lutheranos atque Reformatos. Belle, saltem satis astute. Consimili ratione in doctrina de S. Coena, tales adhibent Herrnhuthiani phrasen, quas Lutheranus, Calvinianus et Pontificius homo, salva cuiuslibet opinione, repetere potest, etsi diversissima ab aliis cogitet. Ad quaestionem, quid sit sacramentum S. Coenae, inspiratorum cohors gerebat, panem in S. Coena exhibiturum esse corpus Christi. Zinzendorfius, prae gaudio exultans, hanc responsonem declarabat *ορδοδοξαταιν*, omnesque Christianos in eadem acquiescere posse existimabat. *Damit sengk ich mit Freuden an*, inquit ipse, *wir glauben*

G

*Wir haben nur erst vor wenig Tagen
Von Lamm geredt.*

*Der kommt schon wieder mit seinem Lamm !
Dencket ohne Zweifel ein Fum Ho Am,
So ein weltlich Weiser,
Der die verbrannten
Kostbaren * Epheser Folianten* * Act, 19, 19.
Gern wieder baett.

*Antwort : Wo ich bin , kans Laemmelein
Keine Minute verschwiegen seyn.
Zu Curt Marpurgs Zeiten,
Des Hexen Richters
Hielt man fast jedermann des Gelichters :
Betruͤbte Zeit !*

*Basel , du Schul der Verstaendigen ,
Willst du GOet Seelen bebaendigen,
Lehr den künfftigen Varella,
Und Werentellis
Mein Deo gloria in Excelsis :
Lob sey dem Lamm.*

ben alle und bekennen frey, daß nach Christi Wort diß Brod der Leib Christi sey; denn das glauben wir Luthersche, Calvinische, und ich weiß nicht was vor Christen in Herrnhuth mehr sind, alle von gantzen Herzen. uid. Diar. Inspirat. p. 75. Ego uero nego atque pernego, nos Lutherano-Euangelicos idem sentire, de uerbis institutionis, HOC EST CORPVS MEVM, quod Calviniani, Pontificij, alii. Omnes quidem uerba haec reperunt, nemo autem, nisi nostris sacris initiatus, ea rite uereque intelligit. Itaque tandem omnis religio abibit in phrasas, uel omnino nihil, uel diuersissima quaeuis significantes. Praeteribo alias syncretisticas artes Zinzendorianas, in formulis uocibusque delitescentes. Neque tamen silebo, obscurissimas et inusitatas uoces, dictiones, phrasas, ab Herrnhuthianis frequentari, de quibus ipsimet largiuntur, intelligi eas a nemine, nisi Herrnhuthiana unctione tincto. *Wir habens in Europa*, inquit Zinzendorfius Americanus, *so weit gebracht, daß wir eine ganz neue Sprache haben, und zum wenigsten 100. Ausdrücke und Redens-Arten, in unsern Schrifften und Predigten gebrauchen, die NB. großen Theologis gantz unbekannt scheinen; dabey sie, wenn sie gegen uns schreiben, insgemein, gar sehr anlaufen.* uid. *Büding. Samml. tom. III. p. 245.* At putabam, Zinzendorfius non nisi biblicas phrasas adhibere? qui fit, ut nunc gloriatur ipse de centum, et quod excurrit, nouiter repertis et excogitatis terminis, hactenus plane ignotis? Syncretistam oportet esse memorem. Accipe, beneuole lector, specimen dictionis Herrnhuthianae: *Dem Seminario Theologico,*

gico, das ins verwundten Laemleins Lende Dabeim und auf Eintreibung von Creutzes Beuten, und Einmabnung des Schmetzen-Lobnes vors Laemlein aus ist, zum freundlichen Willkommen in neuen Hause am Christi Himmelfahrt 1744. vid. Būd. Samml. l. c. p. 440. Liber cantionum, ab Herrnhuthianis editus, scatet carminibus obscurissimis, et a communi sensu remotissimis. Quis quaeso intelliget sequentia verba: *Wer führet mich zu deiner Quell? Unendlichkeit! des Geistes Erstaunen! Wo find ich eine freye Stell, vor deinen Wundern zu posaunen? ich warnte alle Creatur, von Fürsten an der reinen Geister, bis zu der Weisen Obermeister, vor deiner fürchterlichen Spur.* num. 6. p. 4. Sed, nolle intelligi, attamen uelle credi, omnium syncretistarum est desiderium.

§. XVII,

Porro, manifestum syncretismum prodidit ^{13) e vitiis or-} Zinzendorfius, cum ordinationis ritum sacrum ad ^{inationis, a} mitteret a diuersissimarum religionum ministris. ^{Zinzendorfo} Semper in id incubuit animus eius, ut ad summum ^{admissae a di-} usque gradum sacerdotii ascenderet tandem. Hinc ^{uersarum reli-} non solum in ditione Würtembergensi Praelaturae, ^{gionum admini-} ut uocant, spartam anxie ambiuit, sed et ambabus arripuit occasionem nanciscendi EPISCOPI titulum atque honores. Quo ipso satis superque manifestauit, qua de causa tot lites turbasque in ecclesia adhuc excitauerit. Cum EPISCOPI manus susciperet, eodemque inaugurandus esset, a *Lutheranis* Theologis quidem examinatus, a *Reformatis* IABLONSKIO et SITKOVIO manuum impositione

ne, tandem a *Morauico* Episcopo; NITSCHE-
MANNO repetita uice ordinatus. *m*) Quod est in-
dicio, Zinzendorfium data opera Ordinationem a
Doctoribus diuersarum ecclesiarum suscepisse, ut
omnibus pari modo fauere, pariter et assentiri uide-
retur. Si ex animo adstipularetur ueritati, nostra in
ecclesia Evangelica florenti, nunquam permisisset, ut
ab illis, qui ueritati huic ubique repugnant, per *xeigo-
Festiu* consecraretur. Absque dubio his suis antisti-
tus promisit, se cum iis idem docturum: sed, qui po-
tuit hoc promittere, si sciuit, quod ab iis dissentiat in
rebus fidei fundamentum attinentibus. Nec est, ut
Zinzendorfius ad Lutheri ordinationem a Pontificiis
acceptam prouocet, *n*) cum inter Lutherum adhuc
pontificium, et inter Zinzendorfium, sit longissi-
ma distantia. Potuisset, atque debuisset a Luthera-
nis,

m) Legatur summe uenerabilis DN. D. CARPZOVIVS in der Re-
ligions - Untersuchung der Boehmisch und Mährischen Brüder.
P. 474.

n) Niemanden, der was vom Iure Canonico weiß, und von der
Natur der Ordination, wird in Sinn kommen, über die Religi-
on des Ordinantis zu scrupuliren. Denn machte da eine Ordi-
nation ungültig; daß der Ordinator von einer andern Religion
waere, so huette die Protestantische Kirche gar keine Priester:
denn ihre Ordination schreibe sich durchgehends von Catholischen
Consecratoribus her, und es haben sich die Evangelischen Theo-
logi des 16 Seculi so wenig darüber ein grau Haar wachsen
lassen, daß sie von einem Catholico ordinirt worden, als so viel
tausend von Catholischen getraute und getauffte Lutheraner. Praef.
ad nouam editionem der Zinzend. Bedencken apud Budingenf.
tom. I. p. 289. Ad hanc strophem respondeat pro nobis b.
BALDWINVS: Horum alia est ratio. Postquam enim errores
alicuius ecclesiae agnouerunt, fas non est, ut quouo modo eius
sacra amplius approbent: hoc enim esset iugum trahere cum in-
fidelibus, quod Apostolus expresse prohibuit I. Cor. 6, 14. uid.
Cal. Conscient. L. 4. cap. 6, cal. 7. p. m. 1043.

nis, horum si socius fraterque manere uoluisset, sibi ordinationis solemnia expetere; sed nolebat, quia sic Reformatorum, nec non his coniunctissimorum fratrum Pseudo-Morauicorum, gratia excidisset. Quorsum opus est, interrogat BALDVINVS, ordinationem petere a Pontificiis, aut aliis haereticis, cum eam in ecclesia orthodoxa impetrare possis? Paulo post idem pergit: Cauere iubemur Pseudopphetas, et a Romana Babylone exire, Matth. 7, 15. Apoc. 18, 4. et quisquam (nisi ZINZENDORFIVS) adeo demens sit, ut ad ipsos se conferat, et ministerium in ecclesia orthodoxa sibi ab eis committi posse, credat? - Proinde talis ordinatio pro nulla habenda, imo poena dignus est, qui ecclesiae orthodoxae curam sibi demandatam habet, et ab hostibus ecclesiae, quos probe nouit, sciens, ac uolens confirmationem petit, quae per *херотонію* usitatum dari solet. u. BALDVINI cas. conscient. Libr. IV. cap. 6. cas. 7. p. m. 1044. sqq. Multis uerborum ambagibus persuadere nobis studuit Zinzendorfius, o) se a IABLONSKIO, non qua Reformato theologo, sed qua Morauorum Episcopo, ritu ordinationis consecratum esse: Sed, ne sic quidem sese excusauit satis. Etenim IABLONSKIUS nunquam non fuit theologus Reformatus, etiam cum Morauici Episcopi partes ageret. Aut consentiunt Morau cum Reformatis in doctrina, aut ab eis dissentiunt. Si prius, a Morauo-Reformato accepit ordinationem Zinzendorfius. Si posterius, IABLONSKIUS et duplicem personam et duplicem religionem sustinuit,

G 3

o) u. *Büding, Sammlung*, tom. II. p. 6. 7.

nuit, h. e. uel nullius, uel omnis religionis fuit, uti ipse Zinzendorfius.

§. XVIII.

14) *ex unione
Lutheranorum
et Reformato-
rum, ab Herrn.
butbianis ob-
tenta.*

Abſque Syncretiſmi uitio nulla unio inter Euan-
gelicos Proteſtantes, quamdiu ex hac LUTHERI, ex
illa parte CALVINI placitis adhaerent, ſtabiliri pot-
eſt, quoſque ſcilicet fidem ſuam uel Conſenſui
Helueticō, uel Synodi Dordracenae decretis ob-
ſtringunt doctores eccleſiae Reformatae. Pluribus
hoc non confirmabo, cum ſit a duumiris celeberrimis
et de eccleſia IEſu praeclare meritis, ERN. SAL. CYPRIANO et IO. LAUR. MOSHE-
MIO, abunde confirmatum. Sed Zinzendorfius
cum ſuis aſſectis, gloriatur de unione Lutheranor-
um et Reformatorum p) in ſuo coetu, iamiam
confecta, nec ullo modo negat, in eccleſia Moraui-
ca locum dari et his et illis, nec, ut ſuas opinio-
nentiasque quiſpiam eorum ponat, poſtulari.
Diffi-

p) Eine einige Sache iſt, die mich beweget ihr Schema hier nicht ganz wegzulaſſen, ſondern als eine andere Religion mit gelten zu laſſen. Das iſt der Zuſammenhang der Lutheriſchen und Reformirten Kirche mit der Maebriſchen, weil ſie in Europa beſtändig behauptet haben und noch behaupten, daß in der Maebriſchen beide vereinigt ſind, weil nicht nur die 2. große Conſenſus daſſelbe deutlich beſagen, ſondern auch Theologi Sendomiries in gedruckten Schriften geſehen, daß bey uns das große Werck der in REGENSPVRG geſuchten Vereinigung ſichtbarlich exiſtirt; ſo kan denen lieben Reformirten und Lutherern, denen an ihrer Verbeſſerung was gelegen, und nicht geplagt ſeyn wollen mit allerhand Inſpectoribus, die ihnen ſtatt der gewöhnlichen Serren, etwa künſtlich unkebrte Leute zu Herrn anführen, damit gedienet werden etc. uid. Büding. Sammlung. tom. III. p. 217. 218.

Difficillimum istud opus henoticum, Ratisbonae frustra tentatum, a se et *Pseudo*-Morauicis fratribus, consummatum esse, non sine tripudio, asserit idem in carmine, quo hanc unitatem duarum ecclesiarum Reformatarum celebrat:

ARIA.

*Nun Corpus Evangelicum,
Du alt unitas fratrum,
Und beyder Reformirten Kirchen,
Die ihr Lutheri Lehr-Grund treibr,
Dem Laemlein aber unterschreibr,
Euch zeichnen seines Rückens Furchen.
O Zahl!
Aus Wahl
Beym Wunden Maal.*

Choral.

*Wir sind dem Lamm verbunden, all Augenblick
und Stunden, vor diese Vnitaet, was Leib und Seel
vermoegen, das woll'n wir unterlegen der heiligen
Creuzes Facultaet.*

Quod si quis alius haec carmina cecinisset, tamque impie hymnum sacrum ad quisquillas suas transtulisset, poenas lueret promeritas: hinc Zinzendorfium in re seria ludere, obsoletos PETRI DRESDENSIS rythmos in orbem reuocare, illustrissimo CORPORI EVANGELICO RATISBONENSI haud tacite illudere, miramur, stupemus. Mentionem facit fundamenti fidei dogmatici a Luthero

thero iacti, *die ihr Lutheri Lebr-Grund treibt*, sed idem ab agno non sine iniuria distinguit, quasi Lutherus, praeter agnum ab aeterno mactatum, posuerit aliud fundamentum fidei doctrinale. Tandem, cationem sacram de Christo in crucem acto, ad suam societatem, quam, nescio quare, *die heilige Creuzes Facultaet* nominat, satis incaute transfert. Haec qui in Zinzendorffio laudat, uideat, ne grauem poenam apud Deum incurrat. Alibi, ut solet, ad auctoritatem IABLONSKII prouocat in praefatione, q) Collectionibus Budingensibus praemissa, qui in Morauico coetu utramque Protestantium ecclesiam coalescere asseruit. Quid tum. Non negamus, Herrnhuthianos recipere in suam societatem Reformatos, Lutheranos, alios: Sed hoc ipsum est, unde syncretismum inter Herrnhuthianos regnantem colligimus, quem et ex animo detestamur. Qui in fidei fundamento a se dissentiant longissime, secum in gratiam redire non possunt, donec pars fundamentales errores abiecerit. Instat Zinzendorffius, r) dissensum inter Reformatos et Lutheranos esse nullum, sed logomachias, inanes de uerbis contentiones. Sed, quousque repetenda erunt, quae a theologis nostratibus toties disputata sunt

q) Herr Daniel Ernst Jablonski hats in seiner schoenen Epistola Apologetica, welche man diesem Werckgen gantz einverleiben wird, vor ausgemacht gehalten, daß unsere Maehrische Kirche diese Union würcklich darstellet. uid. praef. ad Büding. Samml. tom. I.

r) Unsere Gemeine hat nur einen Glauben: die Wortstreite zwischen denen Lutheranern und Reformirten machen, daß unser Volck leichtlich in beyden Religionen vor Rechtglaebig erkennen wird, ohne daß wir der Schrifft das geringste vergeben dürfen.

sunt de diffensu fundamentali inter nos atque Reformatos. Legat Zinzendorfius HUNNIOS, HVLSEMANNOS, SCHMIDIOS, DANNAVEROS, CYPRIANOS, WERNSDORFIOS, alios, qui contra Henoticas machinationes aciem instruxere, et intelliget, non de uocibus, sed de doctrinis, fundamentum fidei nostrae constituentibus, inter Protestantes disputari. Omnino ex animo optaremus, ut nobiscum consentirent Reformati: nec nomen LVTHERI, neque Lutheranae ecclesiae, illis obruderemus: dummodo nuncium mitterent dogmatibus, a Zwinglio et Caluino acceptis, circa Sacramenta, Praedestinationem, Christologiam, reliqua.

§. XIX.

Possent tandem id, quod syncretistae omnes ^{15) ex commendatione simplicitatis Christianae.} multo uerborum ambitu iactant, addere, nempe commendationem simplicitatis Christianae, quippe quam *omnis Syncretista*, teste b. DANNAVERO ¹⁶⁾ commendat, ut implicitam fidem in renebris suis pridem sepultam reuocet, disputandi uim disputando eneruet. *Αριβεια* theologica, de qua Summe Venerabilis D. N. D. IO. CHRIST. STEMLERVS, quem honoris ueterisque amicitiae causa nomino, ¹⁷⁾

H egregie

15) Sect. II. n. 23. de Syncret. p. 55.

16) An. 1740. in commentatione de *αριβεια* in sacri muneris administratione, nostra in primis aetate necessaria; Ex qua ponderosissimam quaestionem hanc repetemus, quam utinam Herrnhuthiani diligentissime ruminarent: „Iudices nunc esse uolo omnes, in quibus aliquid est, non dicam sapientiae, sed sanitatis, an illiteratorum hominum tarditas et stupor, sub specioso simplicitatis theologicae obtentu, latere possit, et an haec cum *αριβεια* pugnet. f. XIII.

egregie praecepit, syncretismo ponit obices insuperabiles: itaque non miramur, Herrnhuthiano's Syncretistas simplicitatem anteferre *τη απλωση*, et si diuinitus mandatae. u) Quicquid in buccam uenit, blaterant, lusus ingenii pro argumentis et cauis iactant, in stilo equestri (*Cavalier-Stilo*) lasciunt, falsa et erronea fucis ueritatis obducta ostentant, sibi que omnia ut liceant, cupiunt. Optime ergo sibi consulunt Syncretistae, si *simplicitatem, male credulam*, quam uocat HILARIVS, suis inculcant, nam prudentioribus et perspicacioribus semper erunt contemptui.

§. XX.

Tandem, insi-
zota inter Zin-
zendorffium et
IUST. LIPSI-
VM comparati-
one,

Sed uela contrahimus, finemque dissertationi huic nostrae imponimus, hoc contenti, quod, nisi nos omnia fallunt, ad oculum demonstraerimus, Zinzendorffium inter suos affectas, uulgo Herrnhuthianos nominatos, manifestum Syncretismum condere, eoque ipso errorem pestilentissimum ecclesiae, pariter et reipublicae, summum damnum afferentem, fouere atque propagare. Quadrat in antesignanum legionis *ψευδο*. Morauicae, BOECLERI iudicium, olim de *Iusto Lipsio* lacum, quod *in omni re theologica, aut quocumque modo ad religionem pertinente, sit lubricus, anceps, uagus, et in omnes formas mutabilis*. Dissert. de Polit. Lips. c. V. p. m. 412. Quemadmodum idem uir summi iudicii, BOECLERVS, addit, uniuersim monendos esse iuuenes studiosos,

*) Eph. IV, 4. I. Cor. XIV, 20. Col. I, 9. I. Petr. V, 10. conf. b. WERNSDORFFII II. de Indifferentismo religion. P. 268. sqq.

diosos, ne quaestiones de religione Lipsio uelint magistro
discere, sic et nos monemus omnes, quibus aeterna sa-
lus cordi curaeque est, ne doctrinam de religione
Zinzendorffio uelint magistro discere.

§. XXI.

Denique, syncretismum Herrnhuthianum ma- VI DEVS
xime in lucem proferre, non confutare, uoluimus, Herrnhuthia-
certe persuasi, esse huius uitiosam naturam in uul- norum conatus
gus notiozem, quam ut nostra confutatione opus cohibeat, pia
sit, DEVM potius demississima mente ueneramur mente postula-
atque precamur, uelit suam ecclesiam ab omnibus tur, et concludi-
domesticis turbis saluam liberamque praestare, tur.
omnes artes fraudesque Herrnhuthianas, ne purio-
ri doctrinae noceant, sapientissime cohibere, erran-
tes in uiam rectam reuocare, nosque S.

Spiritu suo in omni ueritate
conseruare.



APPENDICIS

Loco, dabimus testimonia recentiora, e Scriptis Zinzendorffio-Herrnhuthianis eruta, de syncretismo, huiusque manifestis indiciis, hoc in schediasmate prolatis, satis superque testantia.



Prodiit nuper *Eine Oster Predigt, gehalten am 5ten April 1747.* quae et auctorem suum, et locum typographiae, ubi excusa est, luculenter prodit, etsi tesseram societatis Lololiticæ, nescio cur, in titulo præ se ferat. In hac p. 10. fugillatur theologia systematica his uerbis:

Dem der erste affect bey einem armen Sünder, der nicht systematisch theologie lerner, sondern aus Noth, aus Elend, ist der: daß ihm Gnade wiederfahren ist, und daß ihm die Gnade von Iesu wiederfahren ist, und daß er aus der Gnade seinen Heiland schließt, und daß er aus der Vergebung der Sünden erworben ist.

Obseru. Ergo, in ordine salutis primum locum Zinzendorffius tribuit *iustificatiōi.* Errorem, quo crassior datur nullus, quem uero Herrnhuthiani ubique præ se ferunt, ad instar symboli. Quid itaque de tota doctrina erat expectandum.



Quae supra p. 22. de odio Zinzendorffii in iusiurandum LL. SS. differuimus, in eadem oratione Paschali p. 11. sarcastice repetuntur:

Man muß sich also vom Glauben gar nicht den concept machen, daß man einem da ein groß Buch vorlegt, und man liest's Zeile vor Zeile durch, und beschwoe-

*schwœret hernach, und spricht: Das glaube ich,
sondern man muß sich den Glauben vorstellen nach der
realitæet, nehmlich etc.*

*Osferu. Miserum episcopum, qui nescit, quid
distet confessio fidei a fide ipsa: attamen audet, se
omnibus episcopis ecclesiae uerae anteferre.*



In Actis Ecclesiastico-Historicis, quae Vinariae a Maxime
uenerabili DN. BARTHOLOMAEO, in aula Ducali Saxo-
Vinariensi concionatore et Consistorii Assessore meritissi-
mo, edi solent, part. XLVIII. p. 924. ex actis publicis
sequens confessio fratrum Herrnhuthianorum assertur,
quae mea asserta, proh dolor, nimis clare confirmat:

ad p. 8. Einige, e. g. der Schuster *Just. Eskuch*,
bekennt sich zur reformirten Kirche: Andere beken-
nen sich zur Augspurgischen Confession, auf naeheres
Nachfragen aber gestehen sie, dieselbe nimmermehr
gelesen zu haben.

ad p. 24. Rector *Schmid* bekennet sich gleichfals da-
zu, glaubet aber, daß Fehler darinnen.

ad p. 29. Studiosus *Heim* zweifelt, ob die Lutheri-
sche Kirche vor eine Gemeinde Christi zu haben?
Just. Eskuch, haelt zwar nicht die Lutheraner,
(wie er sich zu erkläeren suchet,) vor Babel, aber doch
ihre Religion. - - Pastor *Gottsched* thut glei-
ches, glaubt aber, die Brüdergemeinde waere die wah-
re sichtbare Kirche, in der Lutherischen Kirche koenn-
te keiner selig werden, denn wo der wahre Glaube
sey, sey auch die Seeligkeit.

FINIS.

SYNOPSIS

-SYNOPSIS

- §. I. Variis artibus Zinzendorsum conatus suos incautis olim commendasse, maxime natalium suorum splendore,
 §. II. Singularis pietatis fuco, et
 §. III. Simulata benevolentia erga profugos Bohemos, docetur.
 §. IV. Quid sit Syncretismus, ostenditur.
 §. V. Syncretismus Herrnhuthianorum cognoscitur, 1) e propria et aperta eorundem confessione,
 §. VI. 2) e laudibus, quibus blandiuntur sociis falsarum religionum, Dippelianis, Inspiratis, Schwencckfeldianis, Reformatis, Pontificis, Socinianis.
 §. VII. 3) e reiectione librorum symbolicorum.
 §. VIII. 4) ex opinionibus Syncretisticis praecipuis, e. gr. nullam ecclesiam errore carere; posse quemvis in sua religione manere, et ab ea tamen dissentire; omnes religiones in fundamento fidei consentire.
 §. IX. 5) e reiectione theologiae Polemicae.
 §. X. 6) ex eo, quod a confutatione haereticorum plane abstinent.
 §. XI. 7) e biblica dictione, quam affectant.
 §. XII. 8) e reiectione systematum theologicorum.
 §. XIII. 9) e contemptu academiarum.
 §. XIV. 10) e contemptu ministerii evangelici A. C.
 §. XV. 11) e detestatione nominis Lutherianorum, Reformatorum, etc.
 §. XVI. 12) ex affectatione uocum et phrasum, sub quibus omnes sectae latere possunt.
 §. XVII. 13) e ritu ordinationis, a Zinzendorfo admiffae, a diuersarum religionum ministris.
 §. XVIII. 14) ex unione Lutherianorum et Reformatorum, ab Herrnhuthianis obtenta.
 §. XIX. 15) ex commendatione simplicitatis Christianae.
 §. XX. Tandem, instituta inter Zinzendorfum et IUST-LIPSIVM comparatione,
 §. XXI. VI DEVS Herrnhuthianorum conatus cohibeat, piamente postulatur, et concluditur.

☆ ☆ ☆

153357

ULB Halle

004 367 537

3





TA-ell-1+10 W. J. J.

R

18.







Farbkarte #13

B.I.G.

135 134

MANIFESTVM
HERRNHVTHIA-
NORVM
SYNCRETISMVM

IN
LVCEM
PROFERT

D. CAROLVS GOTTLOB HOFMANN

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI THEOL. PROF. PVBL.
CIRCVLI ELECTORALIS SAXONICI
GENERALIS SVPERINTENDENS



WITTENBERGAE ET SERVESTAE *h*
APVD SAMVEL. GODOFR. ZIMMERMANNVM
M DCC XLV.